De vi et usu precandi et iurandi formularum apud decem oratores Atticos

scripsit

Rudolfus Kühnlein.

PROGRAMM

der

Königl. Studienanstalt zu Neustadt a. d. H.

für

das Schuljahr 1881/82.

Neustadt a. d. H.

Buchdruckerei von Daniel Kranzbühler.

1882.

Scriptores Graeci ornabant inde ab antiquissimo tempore [1]) orationem suam precibus et iurandis, quae composita erant certis vocabulis et formulis. Sed tantum afuit, ut iisdem omnes Graeci formulis uterentur, ut contra singuli pro suo quisque animo, patria, aetate plurimum hac re inter se different ac discreparent. Iurabant enim, ut afferam pauca exempla, Dorienses per Dioscuros [2]) eidemque particula μά omnino se abstinere solebant [3]). Iam vero ναὶ μὰ (νὴ) τὼ θεώ (Ceres et Proserpina intelleguntur) mulierum fuisse iuramentum accepimus [4]). Socrates autem aliique vera pietate erga deos imbuti more Rhadamanthi canem, gallum, anserem obtestari consueverant (cf. scholiast. ad Plat. apol. c. 7 ad v. νὴ τὸν κύνα). Et fuerunt, qui eadem pietate et religione permoti deorum nomine omisso nihil aliud nisi ipsa vocabula νὴ τόν, νὴ τήν pronuntiarent [5]). Ac ne vim

---

[1]) Hermogenes (Walz, rhetores Graeci p. 424, c. XX); „πρῶτος δὲ ὅρκον ἠθικὸν Ὅμηρος ὤμοσεν, εἶτα Πλάτων ἐμιμήσατο· εἶτα Δημοσθένης ἐκληρονόμησε πάντων.“

[2]) Eius generis iurandum profert Xenophon (Hellenica IV, 4, 10): ἔνθα δὴ λέγεται εἰπὼν ὁ Πασίμαχος Ναὶ τὼ σιώ, Ἀργεῖοι, ψευσεῖ ὑμὲ τὰ σίγμα ταῦτα . . .

[3]) Dorienses etiam in negativis iurandis vocabulum μά omisisse Schroeder (Progr. Marienwerder 1859 p. 12) declarat compluribus exemplis ex tragicis collectis: Sophocl., Oed. rex 660: Οὐ τὸν πάντων θεῶν πρόμον Ἅλιον. — Ibid. 1088: Οὐ τὸν Ὀλύμπιον. Sequuntur alia exempla.

[4]) Photius, p. 250, 12: „μὰ τὼ θεώ· γυναικεῖος ὅρκος· δυϊκῶς δὲ ὀμνύουσι τὴν Κόρην καὶ τὴν Δήμητρα.“

[5]) Suidas, p. 150, 5: μὰ τόν· ἐλλειπτικῶς ὀμνύει· οὕτως γὰρ ἔθος ἐστὶ τοῖς ἀρχαίοις ἐνίοτε μὴ προστιθέναι τὸν θεόν· εἰώθεσαν γὰρ τοῖς τοιούτοις ὅρκοις χρῆσθαι ἐπευφημιζόμενοι.

quidem earum formularum sibi constantem fuisse monet G. H. Schaefer (app. crit. et epexeget. II p. 327), cum aliter dicit per deos suos iurasse aevum Aristophaneum, aliter Iulianeum. „Illo enim,“ ut ipsius verbis utar, „formulae iurandi fere fingebantur vice μορίων simpliciter βεβαιωτικῶν: hoc fervente apud sophistas ceterosque numinum cultores studio veteris superstitionis, quam sana ratio convellisset, quid mirum, factas esse vere ὀμοτικάς?“

Quae cum ita sint, mihi propositum est inquirere, qualis sit apud decem oratores Atticos harum iurandi et precandi formularum vis et usus. Qua in re hanc rationem ingredi cogito, primum ut demonstrem, quae preces et iuranda ab illis scriptoribus usurpentur, deinde quae existant numina iurativa, tum quae formulae plurium oratorum communes reperiantur, postea quae pertineant ad usum et rationem grammaticam, denique quanta sit earum copia in singulis orationibus.

In congerendis [1]) autem formulis hanc legem sequar, ut brevissima quaeque formula teneat primum locum et initium capiatur ab eis, quae verbis εὔχομαι, καλῶ, ὄμνυμι, similibus copulatae ab ipso oratore vel potius ab eo, qui loquitur, pronuntiantur. Hoc genere exhausto subsequentur formulae μά, νή, πρός aliaeque id genus. Cum autem saepe ad eas formulas redeam necesse sit, totas sententias, quibus illae insertae sunt, excutere instituo usus ad hoc editione decem oratorum ab I. Bekkero curata (Berolini 1823—1824).

His praemissis procedam ad id, quod persequor.

Ex decem igitur oratoribus, ut res universa paucis illustretur, unus Isocrates plane abhorrebat a precibus et iuramentis. Proximus ab eo stat Antiphon,

[1]) His formulis enumerandis antea impendit laborem Rehdantz (Demosthenes' neun philipp. Reden, 3. Aufl., Index II, p. 281; Index I, p. 186). Quae ab eo omissa sunt, explere studebat Frohberger (N. J. Bd. 84, p. 176). Ad quos accedit Sigg (N. J. 1872—1873, Supplb. 6, p. 421). Qui viri quam non satisfecerint rei, data occasione ostendam.

qui uno loco ad deorum invocationem tamquam enititur. Quem excipiunt Andocides et Lycurgus, hic tres, duas ille iurandi formulas usurpans. Moderatus earum usus Lysiae et Hyperidi, frequentior Isaeo, Dinarcho, imprimis Aeschini. Quos omnes mira quanta earum rerum abundantia praecurrit Demosthenes.

Haec tanta decem oratorum discrepantia unde existat, postea explanare conabor harum formularum usu accuratius perspecto.

Sed iam transire iuvat ad singulos oratores.

Ac primum ordinem ducat

Antiphon,

qui unam habet formulam ὦ . . .

6, 40 τὸ τελευταῖον, ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ πάντες, Φιλοκράτης αὐτὸς . . . ἁπτόμενος ἐμοῦ διελέγετο.

Andocides [1])

habet formulas νή et πρός his duobus locis:

3, 15 ἀλλὰ νὴ Δία, ἕως ἂν Λακεδαιμονίους καταπολεμήσωμεν, . . . δεῖ πολεμεῖν;

1, 32* [2]) ὥστ' ἐγὼ ὑμῖν πολὺ μᾶλλον τῶν κατηγόρων πρὸς τοῖν θεοῖν ἐπισκήπτω . . . εἰ μὲν . . . ἀμοκτείνατέ με . . .

Lysias [3])

habet formulas μά et πρός novem locis;

μά quattuor locis: 6, 7 ὥστε μὰ τὸν Δία οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν ὑμῖν . . . λαθεῖν. [4])

6, 32 οὔκουν χρὴ μὰ τὸν Δία οὔτε πρεσβύτερον ὄντα οὔτε νεώτερον . . . ἀθεωτέρους γίνεσθαι.

6, 38 ὡς οὖν οὐδὲν προσῆκει Ἀνδοκίδῃ τῶν συνθηκῶν περὶ τούτου λέξω, οὔτε μὰ τὸν Δία τῶν πρὸς Λακεδαιμονίους . . .

---

[1]) Sigg (N. J. p. 421): „Non exstant apud Andocidem iurandi formulae."

[2]) Signo * notantur eae formulae, quas Rehdantz et Frohberger omittunt.

[3]) Sigg: „Lysias habet unam formulam."

[4]) Orationes spuriae an germanae sint, hoc loco non curo.

8, 18 ἐπεί τοι μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ οἶδ' ὅτι ζημιωθήσομαι...
πρός quinque locis: 13, 95 μηδαμῶς ... πρὸς θεῶν Ὀλυμπίων ... καταψηφισήσεσθε ...
19, 34 φέρε πρὸς θεῶν Ὀλυμπίων· οὕτω γὰρ σκοπεῖτε.
19, 54 ἀλλὰ πρὸς θεῶν Ὀλυμπίων ... βούλεσθε ἡμᾶς δικαίως σῶσαι ...
4, 20* πρὸς οὖν παίδων καὶ γυναικῶν καὶ θεῶν τῶν τόδε τὸ χωρίον ἐχόντων, ἱκετεύω ὑμᾶς καὶ ἀντιβολῶ, ἐλεήσατέ με ...
20, 36* δεόμεθα οὖν ὑμῶν πρὸς τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν ἑκάστῳ ... τούτων ἕνεκα ἐλεῆσαι ...

Isocrates

nec preces nec iuranda habet.

Isaeus [1]

habet formulas ναὶ μά, μά, νή, πρός quindecim locis;
ναὶ μά tribus locis: 3, 25 εἶτα ... οὐκ ἂν ... τοὺς οἰκείους παρακαλεῖν ἐκεῖνος ἠξίωσεν; ναὶ νὰ Δία, ὡς ἔγωγε ᾤμην, εἴγε ἦν ἀληθὲς τὸ πρᾶγμα.
3, 39 Δοκεῖ ἂν ὑμῖν οὕτως ὀλιγώρως ἔχειν χρημάτων, ὥστε ... οὐκ ἂν σφόδρα διακριβώσασθαι περὶ τῶν ἑαυτῷ συμφερόντων; ναὶ μὰ Δία, ὡς ἔγωγ' οἶμαι.
3, 49 εἶτ' ἐπὶ τούτοις οὐκ ἀγανακτήσας εἰσήγγειλεν ἂν ...; ναὶ μὰ Δία, εἴγ' ἦν ἀληθὲς τὸ πρᾶγμα.
μά quinque locis: 4, 24* Μὰ Δί' ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὁ Ἅγνων οὐδ' ὁ Ἁγνόθεος τοῦ Νικοστράτου συγγενεῖς.
11, 35* ταῦτα καὶ οἱ νόμοι κελεύουσιν, οὐ μὰ Δία οὐ γραφὰς ἐμὲ φεύγειν.
ibidem*: τότε ... προσῆκε κρίνεσθαι τὴν γραφήν, οὐ μὰ Δί' οὐκ ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς.
11, 36* οἶμαι μὰ τοὺς θεοὺς ... οὐδ' ὑμᾶς ἀγνοεῖν ...
8, 29* ἐγὼ δὲ μὰ τοὺς θεοὺς τοὺς Ὀλυμπίους οὐκ ἂν ἔχοιμι πίστεις μείζους τούτων εἰπεῖν ...
νή quinque locis: 3, 24* Ἴσως γὰρ ἦν νὴ Δία πάρεργον καὶ φαῦλον, περὶ οὗ τὴν ἐκμαρτυρίαν ... φασὶ ποιήσασθαι οὗτοι.

---

[1]) Sigg enumerat apud Isaeum novem formulas.

3, 73* Ἀλλὰ νὴ Δία, ἄλλον ποιησάμενος τῶν συγγενῶν ἔδωκεν ἂν ἔχειν τὸν κλῆρον . . .;

4, 20* ἀλλὰ νὴ Δία ἐπειδὴ τούτων οὐδὲν ἐποίησε, τὴν οὐσίαν τοῦ N. διεχείρισεν;

7, 33* Ἢ νὴ Δία παιδίον ἐποιήσατο . . .;

6, 61* . . . ὥστ' οὐ φθονεῖσθαί εἰσιν ἄξιοι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω οὗτοι, εἰ λήψονται . . .

πρός duobus locis: 6, 58 καίτοι πῶς οὐ δεινόν, ὦ ἄνδρες, πρὸς θεῶν Ὀλυμπίων, εἰ . . .;

2, 47 βοηθήσατε καὶ ἡμῖν καὶ ἐκείνῳ τῷ ἐν Ἅιδου ὄντι καὶ μὴ περιίδητε, πρὸς θεῶν καὶ δαιμόνων δέομαι ὑμῶν, προπηλακισθέντα . . .

Lycurgus [1])

habet verbum εὔχομαι et formulam νή tribus locis;

εὔχομαι: § 1 εὔχομαι γὰρ τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς καὶ τοῖς ἥρωσι τοῖς κατὰ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν ἱδρυμένοις, εἰ μὲν . . .

νή duobus locis: § 140* . . . εἰ μὴ νὴ Δία, ταὐτὰ τῇ πατρίδι καὶ τούτοις ἐστὶ συμφέροντα.

§ 75 ἐγκώμιον γὰρ νὴ τὴν Ἀθηνᾶν εἰσι τῆς πόλεως οἱ παλαιοὶ νόμοι.

Hyperides [2])

habet formulas μά, νή tribus locis [3]);

μά uno loco: pro Euxenippo XX, 15 οὐ μὰ Δία οὐχ ὥςπερ ἐν τῇ κατηγορίᾳ Πολύευκτος ἔλεγεν . . .

νή duobus locis: pro Euxenippo XXVI ἀλλὰ νὴ Δία αὐτὸς τοιούτῳ πράγματι οὐ κέχρησαι;

et XXVII, 15 Νὴ Δία, τὰ γὰρ πεπραγμένα αὐτῷ δεινά ἐστι καὶ ἄξια θανάτου, ὡς σὺ λέγεις . . .

Dinarchus

habet verbum μαρτύρομαι et formulas μά, νή, πρός, ὦ undecim locis;

---

[1]) Sigg: „Lycurgus habet unam formulam."

[2]) Hyperidem Rehdantz, Frohberger, Sigg plane praeterierunt.

[3]) In editione a Blassio confecta, Lipsiae 1869.

μαρτύρομαι: 1, 64 μαρτύρομαι τὰς σεμνὰς θεάς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τὸν τόπον, ὃν ἐκεῖναι κατέχουσι, καὶ τοὺς ἥρως ἐγχωρίους καὶ τὴν Ἀθηνᾶν τὴν πολίτιδα καὶ τοὺς ἄλλους θεούς, οἳ τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν εἰλήχασιν, ὅτι ...

μά tribus locis: 1, 40* ἐκεῖνοι ἦσαν ... ἄξιοι ... ἡγεμόνες ... τοῦ δήμου, μὰ Δί' οὐ τὰ τοιαῦτα κινάδη.

1, 77* δεῖ ὑμᾶς ... μὴ μὰ Δία τὸν πλείω χρόνον τῆς Δημοσθένους δωροδοκίας ... κοινωνεῖν.

2, 3* οὐ γὰρ δὴ μὰ τὸν Ἡρακλέα βελτίω γενήσεσθαι αὐτὸν προςδοκᾶτε ...

νή duobus locis: 2, 8* Ἀλλ' αὐτὸς ὁ κρινόμενος νὴ Δία μέτριος τὸν τρόπον ...

3, 15* Ἀλλ' ἔγωγε, νὴ τὸν Δία τὸν σωτῆρα, αἰσχύνομαι ...

πρός tribus locis: 1, 43* εἴπατέ μοι πρὸς Διός, προῖκα τοῦτον οἴεσθε γράψαι;

3, 1* τί χρὴ λέγειν πρὸς τῶν θεῶν περὶ τοιούτου ἀνθρώπου;

1, 45 πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς, οἴεσθε αὐτὸν ἀργύριον μὲν χαίρειν λαμβάνοντα ...;

ὦ duobus locis: 1, 7* κατὰ τούτων ἡ βουλὴ ψευδεῖς ἀποφάσεις πεποίηται; ὦ Ἡράκλεις.

1, 36* τοιούτων, ὦ δέσποιν' Ἀθηνᾶ καὶ Ζεῦ σῶτερ συμβούλων ... ὤφελον τυχεῖν οἱ πολεμήσαντες τὴν πόλιν ...

Aeschines

habet verba εὔχομαι et παρακαλῶ, praeterea formulas μά, νή, πρός, ὦ undequadraginta locis;

εὔχομαι: 1, 116 εὔχομαι τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις ὑπὲρ τῆς πόλεως ...

παρακαλῶ: 2, 180 παρακαλῶ καὶ ἱκετεύω σῶσαί με πρῶτον μὲν τοὺς θεούς ...

μά quattuordecim locis: 1, 61* καὶ αὐτὸς δὲ οὗτος, οὐδέπω μὰ Δία ὥςπερ νῦν ἀργαλέος ὤν ...

1, 69 καὶ οὐδὲν μὰ Δία θαυμαστόν.

epist. 12, 1* Ἐγὼ προςῆλθον τῷ πολιτεύεσθαι ... μὰ Δί' οὐ τριταγωνιστεῖν μαθὼν ... ἀλλὰ ...

epist. 12, 9* εἰς Ῥόδον ἀφικόμην, οὔτε μὰ τὸν Δία δυσμενῶν ὑμῖν ...

1, 55* τοιαύτας ὕβρεις ... οἵας ἐγὼ μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον οὐκ ἂν τολμήσαιμι πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν ...

1, 76* οὐ γὰρ ἔχω μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον, τίνα τρόπον εὐφημότερον μνησθῶ ...

3, 255* ἀλλὰ μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον οὐχ ὡς ἀγρίους κυνηγετῶν ...

epist. 5, 1 ὁ δὲ Κλεοκράτης οὐδὲ μὰ τοὺς θεοὺς ἐπιστεῖλαί σοι δυναίμην ἂν ...

epist. 9, 2* ... καὶ μέλλων ὅμως οἰκεῖν ἐνθάδε, μὰ τοὺς θεοὺς οὐχ ἡδέως στερόμενος τῆς ... πόλεως.

3, 182 ἀλλ' ἔγωγε μὰ τοὺς θεοὺς τοὺς Ὀλυμπίους οὐδ' ... ἄξιον ἡγοῦμαι μεμνῆςθαι ...

1, 88* τί οὖν; ἀπέφυγον οἱ κρινόμενοι; μὰ τὸν Ἡρακλέα, ἐπεὶ θανάτῳ ἐζημιώθησαν ...

3, 212 οὐ γὰρ δὴ μὰ τὸν Ἡρακλέα τοῦτό γε ὑμῶν οὐδεὶς φοβήσεται ...

1, 52* ἀλλὰ καὶ (μὰ τὸν Διόνυσον οὐκ οἶδ', ὅπως δυνήσομαι περιπλέκειν ὅλην τὴν ἡμέραν) πεπορνευμένος.

epist. 11, 6 οὐ γὰρ ἠγνόουν, μὰ τὸν Δία καί τοὺς ἄλλους θεούς, ὅτι ...

νή decem locis: 1, 28: ... τοῦτον οὐκ ἐᾷ λέγειν; νὴ Δία καλῶς γε, ὡς ἐγώ φημι.

1, 98* ὅτι ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, ἐνταῦθα μέντοι νὴ Δία[1]) σαφῶς πάνυ ... μαρτυροῦντας ... παρέξομαι.

3, 172* καὶ γαμεῖ γυναῖκα πλουσίαν μὲν νὴ Δία ...

3, 217* καὶ νὴ Δία, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, μέλλει με ἀνερωτᾶν ...

2, 130* Ἀλλ' ἔμοιγε νὴ τοὺς θεοὺς οὑτοσὶ δοκεῖ τοῦτο μόνον λογίζεσθαι ...

3, 228* Καὶ νὴ τοὺς θεοὺς τοὺς Ὀλυμπίους, ὧν ἐγὼ πυνθάνομαι Δημοσθένη λέξειν ...

1, 73* βούλεσθε ... μὴ ζητῶμεν; νὴ τὸν Ποσειδῶ κακῶς ἄρα τὴν πόλιν οἰκήσομεν, ...

---

[1]) νὴ τὸν Δία l.

1, 88 θανάτῳ ἐζημιώθησαν, πολὺ νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω ἔλαττον ἥμάρτημα ἡμαρτηκότες.

1, 108 ἤδη νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω πολλάκις ἐνεθυμήθην τὴν εὐτυχίαν τὴν τῆς ὑμετέρας πόλεως.

1, 81 ἣν μὲν ὁ τὸν λόγον λέγων ἐκ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν Αὐτόλυκος, καλῶς νὴ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον[1]) καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ σεμνῶς ... βεβιωκώς.

πρός octo locis: epist. 2, 5 ἀλλὰ μὴ πρὸς Διός, μὴ σύ γε ... μίασμα τοῦτο προσθῇς σαυτῷ ...

1, 79 φέρε δὴ πρὸς τοῦ Διός[2]), εἰ ... τί ἂν ἐψηφίσασθε;

1, 75 ἐπεὶ πρὸς θεῶν τί δεῖ λέγειν ....;

3, 61 ἐπινεύσατέ μοι πρὸς θεῶν τὸν πρῶτον τῶν τεττάρων καιρῶν μὴ καλῶς αὐτὸν πεπολιτεῦσθαι.

2, 102 καὶ πρὸς τῶν θεῶν, ὦ Ἀθηναῖοι ... καὶ τῆς ἀπολογίας εὐτάκτως ἀκούσατε, ...

1, 87 φέρε δὴ πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν[3]) θεῶν ... ἔστιν οὖν ὅστις ἐμαρτύρησεν ...;

1, 70 εἴπατέ μοι πρὸς τοῦ[4]) Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν ... οὐ δοκεῖ ὑμῖν ...;

3, 156 μὴ πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν[5]) ἱκετεύω ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ τρόπαιον ἵστατε ...

ὦ quinque locis: epist. 12, 3 ... παρανόμων ἐγραψάμην, δικαιοτάτην, ὦ θεοί, γραφήν.

1, 49 ... ἵνα μὴ ... θαυμάσητε καὶ τοιοῦτόν τι ... ὑπολάβητε „ὦ Ἡράκλεις, ἀλλ' οὗτός γε τούτου οὐ πολὺ διαφέρει."

3, 21 ὦ Ἡράκλεις, ὑπολάβοι ἂν τις, ὅτι ἦρξα, μὴ ἀποδημήσω;

---

[1]) τὸν Ὀλύμπιον omittit d f.

[2]) πρὸς διός pr. m.

[3]) τῶν omis. f h.

[4]) τοῦ omis. l.

[5]) τῶν ἄλλων omis. e h k l; ἱκετεύω ὑμᾶς post ἀθηναῖοι ponunt e h k l; μὴ omis. e h k l. — De hoc loco v. infra.

3, 137 οὐδεὶς ... τοιοῦτος μάγος καί γόης ἐγένετο, ὅς, ὦ γῆ καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες καὶ ἄνθρωποι, ὅσοι βούλεσθε ἀκούειν τἀληθῆ, τολμᾷ λέγειν ...

3, 260 Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ γῆ καὶ ἥλιε καὶ ἀρετὴ καὶ σύνεσις καὶ παιδεία, ᾗ διαγνώσκομεν τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰσχρά, βεβοήθηκα καὶ εἴρηκα.

Demosthenes

habet nonnullas exsecrationes, praeterea verba εὔχομαι, καλῶ, ὄμνυμι, similia et formulas μά, νή, πρός, ὦ — circiter trecentis locis;

exsecrationes septem locis: 10, 11 προςθήσω δὲ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει θεοῖς, οἵπερ αὐτὸν ἐξολέσειαν, ...

18, 267 καὶ κακὸν κακῶς μάλιστα μὲν οἱ θεοί, ἔπειτα οὗτοι πάντες ἀπολέσειαν.

18, 290 τί οὖν, ὦ κατάρατ', ἐμοὶ περὶ τούτων λοιδορεῖ καὶ λέγεις, ἃ σοὶ καὶ τοῖς σοῖς οἱ θεοὶ τρέψειαν εἰς κεφαλήν;

epist. 6, 1 ἁπάσας τὰς ἐν Πελοποννήσῳ πόλεις τοιούτων λόγων ἔπλησαν, οἵων εἰς κεφαλὴν αὐτῶν τρέψειαν οἱ θεοί.

54, 16 εὔχομαι τοῖς θεοῖς εἰς Κόνωνα καὶ τοὺς υἱεῖς τοὺς τούτου καὶ ταῦτα καὶ τοιαῦτα ἅπαντα τρέπεσθαι.

25, 82 ὁ τριςκατάρατος, ὁ κοινὸς ἐχθρός, ὁ πᾶσι δυσμενής, ὅτῳ μήτε γῆ φέροι καρπὸν μήτ' ἀποθανόντα δέξαιτο.

Huc fortasse referas 19, 172 ἐξώλης ἀπολοίμην καὶ προώλης.

Inspiciamus nunc, si placet, ipsas preces [1]) et iuranda!

εὔχομαι, καλῶ, similia exstant decem locis: 20, 25 ἐγὼ μὲν γὰρ εὔχομαι τοῖς θεοῖς μάλιστα μὲν ἡμῖν καὶ χρήματα πολλὰ γενέσθαι, εἰ δὲ μή, τό γε πιστοῖς εἶναι καὶ βεβαίοις δοκεῖν διαμένειν.

---

[1]) Hasce exsecrationes, preces, iuramenta paucis exceptis praetermiserunt Rehdantz et Frohberger. Sigg autem ex Demosthenis orationibus omnino tetigit paucas.

20, 49 Εἰ τοίνυν τις ὑμῶν ἐκεῖνο πέπεισται, πολὺ τοῦ δεηθῆναί τινος τοιούτου νῦν ἀπέχειν τὴν πόλιν, ταῦτα μὲν εὐχέσθω τοῖς θεοῖς κἀγὼ συνεύχομαι, ...
exord. 25, 3 εὔχομαι δὲ τοῖς θεοῖς, ἃ καὶ τῇ πόλει καὶ ἐμοὶ συμφέρειν μέλλει, ταῦτ' ἐμοί τε εἰπεῖν ἐλθεῖν ...
exord. 31, 2 εὔχομαι δὲ τοῖς θεοῖς τοὺς ... λέγοντας παύσασθαι.
18, 1 Πρῶτον μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην ὑπάρξαι μοι παρ' ὑμῶν εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα ...
18, 8 βούλομαι πάλιν τοὺς θεοὺς παρακαλέσαι καὶ ἐναντίον ὑμῶν εὔχομαι, πρῶτον μὲν ...
18, 141 Καλῶ δ' ἐναντίον ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς θεοὺς ἅπαντας καὶ πάσας, ὅσοι τὴν χώραν ἔχουσι τὴν Ἀττικήν, καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον, ὃς πατρῷός ἐστι τῇ πόλει, καὶ ἐπεύχομαι πᾶσι τούτοις, εἰ μὲν ...
epist. 1, 1 ... εὔχομαι δὴ τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις, ὅ τι τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων ἄριστόν ἐστι ... τοῦτ' ἐμοὶ μὲν ἐπὶ νοῦν ἐλθεῖν γράψαι, ...
25, 37 καὶ Ἀδράστειαν μὲν ἄνθρωπος ὢν ἔγωγε προσκυνῶ καὶ ἔχω τοῖς θεοῖς καὶ πᾶσιν ὑμῖν ... τοῖς σώσασί με πολλὴν χάριν.
29, 1 σὺν θεοῖς εἰπεῖν.

ὄμνυμι, ἀνακαλῶ, similia quinque locis: 23, 5 ὀμνύω τοὺς θεοὺς ἅπαντας ...
32, 31 καὶ πάντας ὑμῖν ὄμνυμι τοὺς θεοὺς ἦ μὴν ἐρεῖν τἀληθῆ.
54, 41 ταῦτ' ἐγὼ καὶ τότ' ἠθέλησα ὀμόσαι καὶ νῦν ὀμνύω τοὺς θεοὺς καὶ τὰς θεὰς ἅπαντας καὶ πάσας ...
25, 97 [Λυκοῦργος μὲν οὖν τὴν Ἀθηνᾶν ἐμαρτύρετο καὶ τὴν μητέρα τῶν θεῶν], ἐγὼ δὲ τοὺς προγόνους καὶ τὰς ἀρετὰς τὰς ἐκείνων ἀνακαλῶ ...
epist. 2 p. 1471, 9 οὔτε γὰρ ἠδίκηχ' ὑμῶν οὐδένα, ὡς ἴστωσαν οἱ θεοὶ καὶ ἥρωες ...

μά septuaginta uno locis:

1, 19* σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά; μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε.

1, 23* καὶ μὰ Δί' οὐδὲν ἄπιστον ἴσως.

4, 11* τέθνηκε Φίλιππος; οὐ μὰ Δί'. ἀλλ' ἀσθενεῖ; [1])

4, 25* εἰρήνην ἄγετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; μὰ Δί' οὐχ ἡμεῖς γε . . ., ἀλλ' . . .

4, 49* οἶμαι . . . ἐκεῖνον . . . οὐ μέντοι γε μὰ Δί' οὕτω προαιρεῖσθαι . . .

8, 17* ἂν δὲ μὴ . . . δυνώμεθα; ἀλλὰ μὰ Δί' οὐχ ἥξει.

8, 19* χρὴ μὰ Δί' οὐχ ἣν . . . πειρᾶται . . . δύναμιν παρασκευάζειν, ταύτην βασκάνειν.

8, 28* λέγουσιν οἱ νόμοι ταῦτα, τοὺς ἀδικοῦντας εἰσαγγέλλειν, οὐ μὰ Δία [2]) δαπάναις . . . ἡμᾶς αὐτοὺς φυλάττειν.

10, 17* ταῦτα . . . γιγνώσκοντα . . . δεῖ μὰ Δί' οὐ γράψαι . . .

13, 21 ἐκεῖνοι Θεμιστοκλέα . . . καὶ Μιλτιάδην . . . μὰ Δί' οὐ χαλκοῦς ἵστασαν . . .

14, 38 βούλεσθε ἀπαγγέλεσθαι . . . μὴ μὰ Δία ὡς ἀποροῦσιν . . . οἱ Ἕλληνες, ἀλλ' ὅτι . . .

15, 13 βασιλέα γ' ὅ τι μὲν ποιήσει, μὰ Δί' οὐκ ἂν εἴποιμι.

18, 261 . . . οὐ κατῄσχυνας μὰ Δί' οὐδὲν τῶν προϋπηργμένων . . .

18, 307 . . . οὐ μὰ Δί' οὐκ ἀποστάντα τῶν συμφερόντων . . .

19, 141 ἆρα καὶ μόνα ταῦτα; οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ἔτι πρὸς τούτοις . . .

19, 212 εἰ γὰρ εἶχε, τότ' ἂν . . . κατηγορῶν ἐξητάζετο, οὐ μὰ Δί' οὐκ ἀπηγόρευε καλεῖν.

19, 285 τοῦτον ἀπώλεσε . . . οὐ μὰ Δί' οὐχὶ τῶν ὑμετέρων παίδων . . . προορῶν . . .

21, 25 οὐ μὰ Δί' οὐχὶ δημοσίᾳ κρίνειν αὐτὸν . . .

22, 33 τότε γὰρ τοῦτο ποιήσομεν, οὐ μὰ Δί' οὐχὶ νῦν . . .

---

[1]) De hac distinctione cf. infra.

[2]) οὐ μὰ δί' οὐ δαπάναις Γ Ω u v.

23, 48 ἵνα ... τούτῳ τὰ ἐκ τῶν νόμων ὑπῆρχε δίκαια, μὴ μὰ Δί' αὐτὸ τὸ τῆς αἰτίας ὄνομα εἰπόντα ... προςγράψαι.
24, 28 αὐτὸς ἔγραψεν αὔριον νομοθετεῖν, οὐ μὰ Δί' οὐχ ἵν' ὡς κάλλιστα γένοιτό τι ...
24, 157 συναπολογήσονται, οὐ μὰ Δί' οὐ Τιμοκράτει χαρίσασθαι ... βουλόμενοι ...
25, 41 εἰςπράττων ἀργύριον, οὐχὶ μὰ Δία τοὺς λέγοντας [1]) ...
29, 59 δέκα ταλάντων ἐτίμησαν, οὐ μὰ Δί' οὐχ ὅτι ... ἀλλ' ὅτι ...
35, 40 οὐ μέντοι μὰ Δία οἴομαί γε δεῖν ...
37, 53 οὐ μέντοι γ' ἀποστερῶ μὰ Δία οὐδὲ συκοφαντῶ.
41, 20 ... μέγιστος ἔσται μάρτυς, οὐ λόγῳ μὰ Δία ὥσπερ νῦν, ἀντιδικῶν ... ἀλλ' ἔργῳ ...
43, 52 ... οἷς δεῖ κληρονομίαν εἶναι, οὐ μὰ Δί' οὐ Θεοπόμπῳ ...
52, 14 λαγχάνει αὐτῷ δίκην, οὐ μὰ Δί' οὐχ ὥςπερ νῦν ἀργυρίου, ἀλλὰ βλάβης ...
55, 26 ὕδωρ εἰς τὴν ὁδὸν ἐξάγειν εἰώθατε, ἀλλ' οὐ μὰ Δί' εἴσω τὸ ἐκ τῆς ὁδοῦ δέχεσθαι ...
56, 38 ἡ δὲ συγγραφὴ τί λέγει; οὐ μὰ Δί' οὐ [2]) ταῦθ' ἃ σὺ λέγεις, ἀλλ' ἐὰν ...
exord. 35, 25 οὐδεὶς ... ἐκφεύγει χρόνος ... οὐ μὰ Δί' οὐχ ὥςπερ ἡμεῖς ...
24, 125 ... αἰσχρὸν ἴσως ἂν ἦν δεθῆναι ἢ Γλαυκέτην ἢ Μελάνωπον; οὐ μὰ τὸν Δί', ὦ ἄνδρες δικασταὶ ...
40, 57 οὔτε γὰρ ἁρμόττει μοι ... οἰκεῖν ... οὔτε μὰ τὸν Δί' ἀσφαλὲς εἶναί μοι νομίζω συζῆν τούτοις ...
57, 42* ἠναγκάσθη ... τιτθεῦσαι, τῷ μὲν εἰς ἐμὲ ἥκοντι κινδύνῳ νῦν μὰ τὸν Δία οὐχὶ συμφέρον πρᾶγμα ποιήσασα ...
58, 36* καὶ δείξομεν ὑμῖν οὐδὲν τὴν πόλιν βλαπτομένην οὔτε μὰ τὸν Δία ἐὰν κύριον γένηται τὸ ψήφισμα ... οὔτε ...

---

[1]) λέγοντας οὐ F v.
[2]) οὐ post Δί' om. r.

48, 2 οὔτε μὰ τὸν Δία τὸν μέγιστον ἑκών, ἀλλ᾽ . . .
10, 20* καὶ Φίλιππον δ᾽ αὐτὸν οἶμαι οὐδὲν ἂν ἄλλο μὰ τοὺς θεοὺς εὔξασθαι . . .
16, 13 ὥστε πῶς οὐ βοηθήσουσιν . . . ἢ κάκιστοι . . . δόξουσιν εἶναι; μὰ τοὺς θεοὺς ἔγωγε οὐχ ὁρῶ.
16, 32 Ἐγὼ μὲν οὖν . . . μὰ τοὺς θεοὺς οὔτε φιλῶν οὔτε μισῶν εἴρηκα . . .
18, 13 οὔτε μὰ τοὺς θεοὺς ὀρθῶς ἔχον οὔτε πολιτικὸν οὔτε δίκαιόν ἐστιν . . .
18, 111 οὔτε μὰ τοὺς θεοὺς ὑμᾶς οἶμαι μανθάνειν . . .
20, 21* καὶ μὰ τοὺς θεοὺς . . . οὐκ οἴομαι πέντε εἶναι.
21, 58 οὐ γὰρ ὀνειδίσαι μὰ τοὺς θεοὺς οὐδενὶ δυσχερὲς οὐδὲν βουλόμενος . . .
21, 139 οὓς μὰ τοὺς θεοὺς οὐδὲν ὠφελεῖσθαι νομίζω παρὰ τούτου . . .
21, 205 οὐχ οὕτω τούτῳ χαρίσασθαι μὰ τοὺς θεοὺς βουλόμενοι . . .
21, 207 ἀλλ᾽ εἰ κακῶς ἐμὲ βούλει ποιεῖν . . . ὡς ἔγωγε μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ οἶδ᾽ ἀνθ᾽ ὅτου . . .
25, 48 τοῦτο δ᾽ οὐ καλόν, . . . νομίζω δὲ μὰ τοὺς θεοὺς οὐδ᾽ ὅσιον.
25, 85 οὐ μέντοι μὰ τοὺς θεοὺς τούτῳ γ᾽ ὑπάρχειν ὁμοίους οἴομαι τούτους . . .
29, 57 μὰ τοὺς θεούς, ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ἔχοιμι ἐπιδεῖξαι . . .
37, 16* . . . οὐδ᾽ ὁτιοῦν ἀδικῶν, μὰ τοὺς θεούς, οὐδ᾽ ἂν εἴ τι γένοιτο, ᾠήθην δίκην μοι λαχεῖν . . .
39, 1 Οὐδεμιᾷ φιλοπραγμοσύνῃ μὰ τοὺς θεούς, . . . τὴν δίκην ταύτην ἔλαχον . . .
54, 6 οὐ μὴν ἔγωγε μὰ τοὺς θεοὺς [1]) ᾤμην δεῖν οὔτε δίκην λαχεῖν . . .
54, 26 . . . καὶ πεπονθέναι τὰ καὶ τά, ἃ μὰ τοὺς θεοὺς οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἐπετίμα.
54, 36 . . . οὐδ᾽ ἂν εἰπεῖν μὰ τοὺς θεοὺς δυναίμην . . .
exord. 45, 1* οὔτε γὰρ τούτῳ κακόνους εἰμὶ μὰ τοὺς θεοὺς . . .

---

[1]) μὰ τοὺς θεούς ante οὐ ponunt F Σ Φ k r. — v. infra.

exord. 48, 2* πρότερον μὲν οὖν ἔγωγε μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ ᾔδειν . . .

epist. 5 p. 1490, 16 ἧς μὰ τοὺς θεοὺς τῷ μετασχόντι μὴ οὐχὶ ἀψευδεῖν οὐχ ὅσιον ἡγοῦμαι.

19, 67 εἰκότως τοῦτο μάλιστ' ἂν εὐδαιμονίσειεν ἁπάντων, ὃ μὰ τοὺς θεοὺς καὶ τὰς θεὰς οὐκ ἔχω λέγειν ἔγωγε ἄλλον ὅστις . . .

24, 199 . . . ὃ μὰ τὴν Ἀθηνᾶν οὐδ' ὑμᾶς οἴομαι λανθάνειν . . .

exord. 46, 2 ἐγὼ γὰρ μὰ τὴν Ἀθηνᾶν οὐδένας τῶν ἄλλων ἀνθρώπων οὕτως οἶμαι τὰ προσόντα αὑτοῖς ἀκοῦσαι νουθετουμένους . . .

3, 32 ταῦτα μὰ τὴν Δήμητρα οὐκ ἂν θαυμάσαιμι . . .

9, 54 ὃ μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς οὐ δυνήσεσθε ποιῆσαι οὐδὲ βούλεσθε.

10, 7 . . . οὐ γὰρ ἀπεχθάνεσθαι μὰ τὸν Δία καὶ πάντας τοὺς θεοὺς προαιροῦμαι . . .

23, 188 . . . ὧν μὲν ἐκεῖνος εὑρίσκετο ἐξαπατῶν ὑμᾶς, μὰ τὸν Δία καὶ θεούς [1]) πάντας οὐδενὸς εἰςῄει μοι φθονεῖν . . .

25, 13 . . . ἠχθόμην καὶ μὰ τὸν Δία καὶ πάντας θεούς [2]) οὐκ ἠβουλόμην . . .

36, 53 ἀλλ' ἔγωγε μὰ τὸν Δία καὶ θεούς [3]) πανταχῇ σκοπῶν οὐδὲν ὁρῶ . . .

35, 40 ἐγὼ δὲ μὰ τὸν Δία τὸν ἄνακτα καὶ τοὺς θεοὺς ἅπαντας οὐδενὶ πώποτ' ἐφθόνησα . . .

50, 13 ἀπορῶν δ' αὐτός, ὡς μὰ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω οὐδεὶς ἂν μοι πιστεύσειεν . . .

52, 9 καὶ μὰ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Δήμητρα, οὐ ψεύσομαι . . .

18, 208 ἀλλ' οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, ὅπως ἡμάρτετε, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι, μὰ [4])

---

[1]) καὶ τοὺς θεοὺς k r s; ἅπαντας F k r s v.

[2]) πάντας τοὺς θεοὺς F Ω k v.

[3]) καὶ τοὺς θεοὺς r

[4]) μά Σ: ceteri οὐ μά.

τοὺς Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων ...

νή reperitur centum viginti uno locis:[1])

4, 10 πότε ἃ χρὴ πράξετε; ... ἐπειδὰν νὴ Δί' ἀνάγκη τις ᾖ.

6, 13 ἀλλὰ νὴ Δί' εἴποι τις ἂν ... οὐ πλεονεξίας ἕνεκεν ... ἔπραξεν ...

6, 14 Ἀλλ' ἐβιάσθη νὴ Δία (τοῦτο γάρ ἐσθ' ὑπόλοιπον)

6, 23 ἔστι τοίνυν νὴ Δί', ἔφην ἐγώ, παντοδαπὰ εὑρημένα ... πρὸς φυλακήν.

8, 7 πλὴν εἰ μὴ τοῦτο λέγουσι νὴ Δία, ὡς ...

8, 9 ἀλλὰ νὴ Δία ταῦτα μὲν ἐξελέγχονται, δεινὰ δὲ ποιοῦσιν οἱ ξένοι ...

8, 16 οὐδὲν αὐτοὺς ἀπολωλέναι κωλύσει. νὴ Δία, κακοδαιμονοῦσι γὰρ ἄνθρωποι ...

8, 17 τί ποιήσομεν, ἂν ἐπὶ Χερρόνησον ἴῃ; κρινοῦμεν Διοπείθη νὴ Δία.

8, 51 ἢ πότε ... τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθελήσομεν; ὅταν νὴ Δί' ἀνάγκη τις ᾖ.

9, 70 τί ποιῶμεν; ... ἐγὼ νὴ Δί' ἐρῶ καὶ γράψω δέ, ...

10, 27 ἢ πότε ... τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθελήσομεν; ὅταν νὴ Δί' ἀνάγκη τις ᾖ.

10, 73 ἀλλὰ νὴ Δία παππῴα ... δόξα σοι ὑπάρχει ...

11, 18 καὶ τῷ μὲν ὑπάρχουσι ... στρατιῶται καὶ νὴ Δία πρὸς τούτοις τῶν παρ' ἡμῖν ῥητόρων τινές, ...

13, 16 καὶ νὴ Δία[2]), ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἕτεροί γε λόγοι παρερρυήκασι πρὸς ὑμᾶς ψευδεῖς ...

13, 28 ἀλλὰ νὴ Δία ταῦτα μόνον τότ' εἶχε βέλτιον ἢ νῦν ...

14, 12 πῶς χρὴ προσδοκᾶν τινα ὑπακούσεσθαι; ὅτι νὴ Δί' ἀκούσονται παρ' ὑμῶν, ὡς ἐπιβουλεύει βασιλεὺς αὐτοῖς.

16, 6 Ἀλλὰ νὴ Δία ταῦτα μὲν οὕτω δεῖν ἔχειν φήσομεν, δεινὸν δ' εἰ ...

---

[1]) In his iuramentis Rehdantz et Frohberger plurima praeterierunt.

[2]) νὴ Δία γε, ὦ ... Σ.

18, 101 τί ἔμελλον ... συμβουλεύσειν αὐτῇ ποιεῖν; μνησικακεῖν νὴ Δία πρὸς τοὺς βουλομένους σῴζεσθαι ...

18, 117 νὴ Δί', ἀλλ' ἀδίκως ἦρξα; εἶτα παρὼν ... οὐ κατηγορεῖς;

18, 251, καὶ νὴ Δί' εὐδαιμόν γε.

19, 46 νὴ Δία, ἢ ἀδικήσω γ' ἔφην.

19, 52 Αἱ μὲν ... ἐπιστολαὶ καλοῦσιν αὗται καὶ νὴ Δία ἤδη γε ...

19, 158 Ἀλλὰ νὴ Δί' ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τοὺς ὅρκους ἔλαβον ...

19, 188 νὴ Δί' εἴτε βούλομαί γ' εἴτε μὴ ...

19, 215 ... ἀλλ' ὅμως ἐρεῖ καὶ νὴ Δί' εἰκότως γε.

19, 222 ἀλλὰ διὰ τί σου κατηγορῶ; συκοφαντῶ νὴ Δί', ἵν' ἀργύριον λάβω παρὰ σοῦ.

19, 235 καὶ νὴ Δί' ἔγωγε καὶ τοὺς παρὰ τοῦ Φιλίππου πρέσβεις ἐξένισα.

19, 272 νὴ Δί' ἀλλ' ὅπως ἔτυχε ταῦτα τὰ γράμμαθ' ἕστηκεν ...

19, 285 νὴ Δί' οἱ νέοι γὰρ ἡμῖν ἔσονται βελτίους.

20, 3 ἀλλὰ νὴ Δί' ἐκεῖνο ἂν ἴσως εἴποι πρὸς ταῦτα, ὅτι ...

20, 20 ἀλλὰ νὴ Δία εἰς τὰς τῶν μετοίκων λειτουργίας εἰςποιεῖ πολλούς ...

20, 38 ἐὰν ... ὁ Λ. ἐρωτᾷ, τί ἔχοντες ἐγκαλέσαι ... ἀφῄρησθε, τί ... ἐροῦμεν; ὅτι νὴ Δί' ἦσαν τῶν εὑρημένων τινὲς ἀνάξιοι.

20, 56 νὴ Δί' ἀνάξιοι γάρ τινες ... ἦσαν.

20, 58 Ἀλλὰ νὴ Δί' οὗτοι μόνοι ... πείσονται ...

20, 75 Εἶεν· ἀλλὰ νὴ Δία τὸν παῖδα τὸν τοῦ Χ. περιίδωμεν ἀφαιρεθέντα ...

20, 161 ... ὅτι νὴ Δία πόρρω τοῦ τι τοιοῦτ' ἐλπίζειν νῦν ἐσμεν.

21, 3 ... πολλὰς δὲ δεήσεις καὶ χάριτας καὶ νὴ Δί' ἀπειλὰς ὑπομείνας.

21, 41 τίς ... σκῆψις φανεῖται τῶν πεπραγμένων αὐτῷ; ὀργὴ νὴ Δία· καὶ γὰρ τοῦτο τυχὸν λέξει.

21, 89 τί οὖν ἔσθ' ὃ πέπονθεν; μεγάλην νὴ Δί' ὦφλε δίκην ...

21, 98 τίνα ... ἕξετ' εἰπεῖν πρόφασιν ...; ὅτι νὴ Δία ἀσελγής ἐστι ...

21, 99 τί οὖν ὑπόλοιπον; ἐλεῆσαι νὴ Δία.

21, 109 τί γὰρ ... πέρας ἂν φήσειέ τις εἶναι κακίας ... ἄνθρωπος εἰ ποιήσας δεινὰ νὴ Δία καὶ πολλὰ ἀδίκως τινά, ... πολλῷ δεινότερα ... προςεξεργάζοιτο ...

21, 148 τίνος γὰρ ἕνεκα; ... γένους ἕνεκα νὴ Δία.

21, 160 ἀλλὰ νὴ Δία τριήρη ἐπέδωκεν.

21, 198 καὶ νὴ Δί' αὐτοῖς πολλὴ συγγνώμη ...

21, 222 καὶ τίνι χρή με λογισμῷ περιεῖναι ... εἰ περιόψεσθέ με νῦν ὑμεῖς; θάρρει νὴ Δία,[1]) φήσειέ τις ἄν.

22, 69 Ἀλλὰ νὴ Δία ταῦτα μὲν τοιοῦτός ἐστιν, ἐν οἷς πεπολίτευται, ...

23, 61 ἀλλὰ νὴ Δία συκοφαντοῦμεν τὸ πρᾶγμα.

23, 64 νὴ Δία, ἴσως εἴποι τις ἄν, ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐδενός ἐστ' ἄξια.

23, 107 καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό γ' ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι νὴ Δί' εἰκότως ἐφενακίσθητε ...

23, 124 ... πότερον ψηφιούμεθα πᾶσιν ἢ οὔ; ψηφιούμεθα νὴ Δία ...

23, 166 οὐδὲ γὰρ τοῦτό γ' ἂν εἴποι τις „νὴ Δί' ἀμυνόμενος γὰρ ... ἐποίει τι κακόν."

23, 194 εἰ μετ' ἀληθείας ... ἦν ἡμῖν φίλος καὶ νὴ Δία πάντα τἀγαθὰ ἤμελλεν ἡμᾶς ποιήσειν ...

24, 37 ἀλλὰ γράψασθαι νὴ Δί' ἕκαστον ἔστιν ...

24, 94 πῶς τὰ χρήματα εἰςπράξομεν; ... ἐροῦμεν νὴ Δία τοῖς Ἕλλησι ...

24, 99 καὶ τί λοιπὸν ἐσθ' ἡμῖν ἢ καταλελύσθαι; ἀλλὰ νὴ Δί' ἀμισθὶ πάντα ποιήσομεν.

24, 125 ἀλλὰ νὴ Δία, αἰσχρὸν ἴσως ἂν ἦν ...;

24, 126 ἀλλὰ M. δεινὸν νὴ Δί'[2]) ἐστίν, εἰ δεδήσεσθαι ἔμελλεν ...

24, 176 Ἀλλὰ νὴ Δία ταῦτα μόνον τοιοῦτοι γεγόνασιν, ἐν οἷς πεπολίτευνται ...

24, 202 ἀλλὰ νὴ Δία τὴν ἀδελφὴν καλῶς διῴκηκεν.

---

[1]) De hoc interpuncto v. infra. [2]) νὴ τὸν δί' Y Ω k s.

25, 40 τί οὖν οὗτός ἐστι; κύων νὴ Δία, φασί τινες, τοῦ δήμου.

25, 42 ἀλλὰ νὴ Δία, ταῦτα μὲν οὕτως ἔχειν ὁμολογήσετε, χρήσιμον δ' ἄνθρωπον τῇ πόλει κρίνειν . . .

25, 67 ἀλλὰ νὴ Δία ὅτι τὰς ἐνδείξεις αὐτοῦ κατεψηφίσασθε . . . διὰ ταῦθ' ὑμῖν εὔνους ἐστίν.

25, 73 ἂν ἕλῃ . . . τί ἔσται; ἐξαλειφθήσεται νὴ Δία, ὁ δ' ἀντεγγραφήσεται . . .

25, 77 τί γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐρεῖ; ὧν ὁ πατήρ τι πεποίηκε νὴ Δία.

25, 77 ἀλλὰ νὴ Δία, εἰ ταῦτ' ἐστὶν αὐτῷ δυσχερῆ, εἰς τὸν ἑαυτοῦ βίον καταφεύξεται.

25, 78 ἀλλὰ νὴ Δία, καὶ χωρὶς τούτων συγγενεῖς . . . αὐτὸν ἐξαιτήσονται.

25, 79 ἀλλ' οὔτ' εἰσὶν οὔτ' ἐγένοντο πώποτε . . . πλὴν ἔστι νὴ Δία, ἔστιν ἀδελφός . . .

25, 81 τί οὖν λοιπόν, . . .; ἃ κοινὰ νὴ Δία πᾶσιν ὑπάρχει . . .

31, 10 Ἀλλὰ νὴ Δία ἴσως οὐχὶ πάντ' αὐτῷ τοιαῦτα πέπρακται.

32, 29 εἰ δὲ σεσυκοφάντηκας, οὐ περιεργαζόμεθα νὴ Δία. ἀλλ' ἐκποδὼν ἔστιν ἄνθρωπος.[1])

33, 25 ἀλλὰ νὴ Δία εὐπόρως διέκειτο . . .

33, 37 ἀλλὰ νὴ Δία . . . μαρτυρήσει τις αὐτῷ κατ' ἐμοῦ.

35, 48 ἀλλὰ ποῦ χρὴ λαβεῖν δίκην . . .; ἀλλὰ νὴ Δία παρὰ τῷ βασιλεῖ.

36, 39 ἀλλὰ νὴ Δία ταῦθ' ἡ πόλις εἴληφε . . .

36, 55 καὶ νὴ Δία ἔγωγε νομίζω πάνθ' ὅσα . . . εἰπεῖν

37, 27 τίνος γὰρ ἕνεκεν ἔπειθον; ἵνα νὴ Δία αὐτοὺς κτήσωμαι.

38, 11 πῶς οὖν εἰςέπραξεν; ἔπεμψε νὴ Δία, εἴποι τις ἄν, τὸν κομιούμενον.

39, 7 τίν' ἡμῖν . . . ἐπιτάξει τρόπον; ἢ οἴσουσι νὴ Δία οἱ φυλέται . . .

39, 9 τί σημεῖον ἔσται, πότερον καθιστᾶσιν; προςπαραγράψουσι νὴ Δία τὸν ἐκ Πλάγγονος . . .

39, 14 καὶ νὴ Δία ἴσως ἐστίν.

[1]) De hoc loco v. infra.

39, 14 τί μᾶλλον οὗτος ἐγγεγραμμένος ἔσται ἐμοῦ; ὅτι νὴ Δία εἴσονται πάντες . . .
39, 32 νὴ Δί' ἀλλ', ὕβρει . . . τοῦτο ἐτέθη σοι.
40, 26 διὰ τί . . . τούτους μὲν οὐκ ἔφη αὑτοῦ υἱεῖς εἶναι . . .; ὅτι νὴ Δί' ὡς οὗτοί φασιν, ἐμοὶ χαριζόμενος . . . τούτους ἠτίμαζεν.
40, 32 νὴ Δί' ἀπράγμων γάρ τις ἴσως ἐστὶν ἄνθρωπος
41, 12 καὶ φήσει πάντα ταῦτα ὑπ' ἐμοῦ πεισθέντας καταχαρίσασθαι καὶ νὴ Δί' ἕτερα πολλὰ . . . βλάπτεσθαι
42, 7 τέλος . . . καταστήσας φυλάττειν ἔνδον τινὰς καὶ νὴ Δί' ἀπειπὼν . . . μὴ ἐξάγειν τὴν ὕλην . . .
44, 33 κατὰ ποῖον νόμον φανεῖται . . . ἡμᾶς ἐξαγαγὼν ἐκ τῆς οὐσίας; ὅτι νὴ Δία πατὴρ ἦν τοῦ τετελευτηκότος.
44, 50 πῶς ἔτι σοι κύρια ταῦτ' ἂν εἴη . . .; Ὅτι νὴ Δί' ἐγγέγραπται Ἀρχιάδῃ υἱός.
44, 55 εἶθ' ὑμεῖς . . . πιστεύσετε . . .; νὴ Δί', ἀλλ' ἀκηκοὼς τοῦ αὐτοῦ πατρὸς διαμεμαρτύρηκεν.
44, 55 διὰ τί . . . οὑτοσὶ οὐχ αὑτὸν . . . ἐπεγράψατο τῇ διαμαρτυρίᾳ; . . . ὅτι νὴ Δί', ἂν εἴποι, τοῦτον [γὰρ] εἰςπεποίηκα υἱὸν τῷ Ἀρχιάδῃ.
45, 11 τοῦ τις ἂν εἵνεκεν ἔφευγεν ἀνοίγειν τὸ γραμματεῖον; ἵν' ἡ διαθήκη νὴ Δία μὴ φανερὰ γένοιτο τοῖς δικασταῖς . . .
49, 64 ἀλλὰ νὴ Δία, φήσει ἴσως, ἔδει τὸν πατέρα . . . ἀπαιτεῖν αὐτὸν τὰς φιάλας.
52, 26 ἀλλὰ νὴ Δία, ἴσως ἂν εἴποι, ἐκέρδαινέ τι . . . ὁ πατήρ . . .
54, 34 ἀλλὰ νὴ Δία οὐκ εἰσὶ τοιοῦτοι.
55, 6 καὶ νὴ Δί' ἐπιδεῖξαί σε ἔδει . . .
55, 17 ἔπειτα τίς ἂν ὑμῶν εἴτ' ἐν ἀγρῷ νὴ Δί' εἴτ' ἐν ἄστει . . . δέξαιτ' ἂν . . .;
58, 64 . . . τοὺς ἀδικοῦντας νὴ Δί' οὗτοι κολάζουσι . . .
exord. 35 sub fin. ἐγὼ νὴ Δί' ἐρῶ.
epist. 4 p. 1488, 11 ἀλλὰ νὴ Δία τούτων μὲν ἄμεινον ὑμᾶς πράττειν ἅπαντας ὁμολογήσουσι . . .
9, 68 καὶ μὴν ἐκεῖνό γε αἰσχρόν, ὕστερόν ποτ' εἰπεῖν . . . νὴ τὸν[1]) Δία, ἔδει γὰρ τὸ καὶ τὸ ποιῆσαι . . .

---

[1]) τόν om. Ω.

37, 50 τέτταρα, ὡς ἔοικεν, ἠδίκησαι τάλαντα. ὑπὸ τοῦ ταῦτα; ὑπὸ τοῦ οἰκέτου νὴ [τὸν[1])] Δία τοῦ ἐμοῦ.

24, 121 οἶομαι δὲ νὴ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον ... οὐκ ἀπὸ ταὐμάτου ... ἐπελθεῖν Ἀνδρωτίωνι ...

4, 49* ἐγὼ δ' οἶμαι μὲν ... νὴ τοὺς θεοὺς ἐκεῖνον μεθύειν ...

6, 31* ἐγὼ νὴ τοὺς θεοὺς τἀληθῆ μετὰ παρρησίας ἐρῶ ...

19, 24* καὶ νὴ τοὺς θεοὺς εἰκός τι παθεῖν ἔμοιγε δοκεῖτε ...

20, 151* ἐγὼ δ' εἰ πολλοῦ τῇ πόλει Δ. ἄξιον αὑτὸν παρέσχηκεν, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ νὴ τοὺς θεούς, μᾶλλον ἂν παραινέσαιμι ...

21, 2 ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, δι' ἀμφότερα ... νὴ τοὺς θεοὺς καὶ δεινὰ πεπονθέναι νομίζοντες ἐμὲ ...

42, 6 ἦσαν γὰρ νὴ τοὺς θεοὺς καὶ τὰς θεάς, ὦ ἄνδρες δικασταί, δύο ἅλως αὐτόθι ...

26, 19 ἀλλὰ ταῦτά γε νὴ τὴν Ἀθηνᾶν ὄνειδός ἐστιν ... τὰ γιγνόμενα τῇ πόλει ...

25, 51 ἕκαστος ἕν γέ τι πράττων κατὰ τὴν ἀγορὰν περιέρχεται ἤτοι νὴ τὸν Ἡρακλέα τῶν κοινῶν ἢ τῶν ἰδίων ...

19, 262 ταῦτα νὴ[2]) τὴν Δήμητρα, εἰ δεῖ μὴ ληρεῖν, εὐλαβείας οὐ μικρᾶς δεῖται.

8, 49 αἰσχρὸν μὲν νὴ τὸν Δία καὶ πάντας τοὺς[3]) θεοὺς καὶ ἀνάξιον ὑμῶν.

10, 25 αἰσχρὸν μὲν νὴ τὸν Δία καὶ πάντας[4]) θεοὺς ἀνάξιον ὑμῶν ...

18, 129 ἀλλὰ νὴ τὸν Δία καὶ [τοὺς[5])] θεοὺς ὀκνῶ μὴ ... οὐ προσήκοντας ... δόξω προῃρῆσθαι λόγους.

---

[1]) **Bekker: τόν om. r. — Dindorf: νὴ Δία A S (= Σ) r. — De hoc loco v. infra.**

[2]) **νή F Σ Υ r t u v; ceteri μά.**

[3]) **τούς om. Υ.**

[4]) **πάντας τοὺς θεοὺς Ω u v.**

[5]) **τούς om. Σ.**

25, 65* ἀλλ' ἄτοπον νὴ τὸν Δία καὶ [πάντας[1])] θεοὺς τοῦτό γε ...

32, 10* ἐγὼ μὲν ὑμῖν ἐρῶ ... ἀχθόμενος μὲν νὴ τὸν Δία καὶ θεούς,[2]) ἀναγκαζόμενος δέ.

36, 61 ... τοῦτον δικαίως σώσετε, ἄξιον ὄντα νὴ τὸν Δία καὶ θεοὺς ἅπαντας[3])

18, 294 καίτοι νὴ τὸν Ἡρακλέα καὶ πάντας θεούς,[4]) εἴ γ' ἐπ' ἀληθείας δέοι σκοπεῖσθαι, ... τίνες ... εἰσι ...

9, 65 ... ἡττᾶσθαι ἐνόμιζον· ὃ νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω δέδοικα ἔγωγε μὴ πάθητε ὑμεῖς.

21, 198 ἐμοὶ μὲν νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἀθηνᾶν (εἰρήσεται γάρ, εἴτε ἄμεινον εἴτε μή)

πρός ... legitur undesexaginta locis:

8, 34 φέρε γὰρ πρὸς Διός, ... τί ἐροῦμεν ...;

18, 201 τίσι δ' ὀφθαλμοῖς πρὸς Διὸς ἑωρῶμεν ἂν τοὺς εἰς τὴν πόλιν ἀνθρώπους ἀφικομένους;

20, 23 ... πρὸς Διὸς πότερον κρεῖττον ἦν ...;

20, 66 φέρε γὰρ πρὸς Διός, τίς ἐστιν ὅστις εὖ ποιεῖν ... βουλήσεται;

20, 74 φημὶ τοίνυν (καὶ πρὸς Διὸς ... μηδεὶς φθόνῳ ... ἀκούσῃ)

20, 102 Ἐμοὶ δ' ὦ ἄνδρες Ἀθ. δοκεῖ Λεπτίνης (καί μοι πρὸς Διὸς[5]) μηδὲν ὀργισθῇς ...)

20, 157 φέρε γὰρ πρὸς Διός, τί μάλιστ' ἂν ἀπευξαίμεθα πάντες ...;

23, 24 θεάσασθε δὴ πρὸς Διός, ὡς ἁπλῶς ... χρήσομαι τῷ λόγῳ ...

23, 60 θεάσασθε πρὸς Διός, ὡς εὖ.

23, 120 ἡνίκ' ... πάντ' ἦν Ἀλέξανδρος, πρὸς Διὸς ... ἀσφαλὲς ἦν τῳ παρ' αὐτοῦ δίκην πειρᾶσθαι λαβεῖν;

23, 142 ... πρὸς Διὸς θεάσασθε, εἰς ὅσην αἰσχύνην ἂν ἡ πόλις ἡμῶν ἐληλύθει.

---

[1]) πάντας om. Σ Υ Ω k.

[2]) καὶ τοὺς θεούς r.

[3]) καὶ τοὺς θεούς r.

[4]) πάντας θεούς Σ Υ k s; ceteri: πάντας τοὺς θεούς.

[5]) πρὸς Διός om. Σ Υ.

24, 157 φέρε γὰρ πρὸς Διός, ἔστιν ὅστις ... ἐπεψήφισεν ...;

25, 14 Δότε δ' ὦ ἄνδρες Ἀθ. δότε καὶ συγχωρήσατέ μοι πρὸς Διός, ὡς πέφυκα ... διαλεχθῆναι ...

39, 10 πρὸς Διός, ἂν δ' ἀρχὴν ἥντινοῦν ἡ πόλις κληροῖ, ... τῷ δῆλος ὁ λαχὼν ἡμῶν ἔσται;

39, 34 ... ἐκεῖνό γε πρὸς Διὸς πείθου ...

55, 18 τί πείσομαι πρὸς Διὸς ὑπὸ τῶν ... βλαπτομένων;

29, 32* καὶ τί λέγων, ὦ πρὸς Διός; [1]) ὁμολογεῖς ...;

9, 15 Ἀλλ' ἔστιν, ὦ πρὸς τοῦ Διός, ὅστις ... ἐκ τῶν ὀνομάτων μᾶλλον ἢ τῶν πραγμάτων ... σκέψαιτ' ἄν;

14, 12 αὐτοὺς δ' οὐ προορᾶν ὦ πρὸς τοῦ Διὸς οἴεσθε τοῦτο;

1, 15* πρὸς θεῶν, τίς οὕτως εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν ...;

3, 17 ἀλλὰ πρὸς θεῶν πάντα ἐάσαντες ... τούτων ζητήσομεν;

8, 32 ... (καί μοι πρὸς θεῶν ... ἔστω παρρησία.

9, 43 λογίζεσθε δὴ πρὸς θεῶν [2]) [καὶ θεωρεῖτε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς] ...

15, 26 φέρε γὰρ πρὸς θεῶν σκοπεῖτε ...

18, 119 ... καὶ βάσκανος ὄντως ποῖός τις ἂν εἴη πρὸς θεῶν;

18, 120 ἀλλὰ πρὸς θεῶν οὕτω σκαιὸς εἶ ...;

19, 147 ἂν δὴ ταῦτα λέγῃ, πρὸς θεῶν, ἐρωτήσατ' αὐτὸν ...

20, 38 ... φέρε, ἐὰν δὲ δὴ ... ἐρωτᾷ ... τί πρὸς θεῶν ἐροῦμεν;

21, 48 τί οὖν πρὸς θεῶν;

21, 58 φέρε δὴ πρὸς θεῶν κἀκεῖνο σκέψασθε.

23, 106 φέρε γὰρ πρὸς θεῶν ... οὐκ ἐπ' ἐκείνους ἴμεν ...;

25, 25 φέρε γὰρ πρὸς θεῶν ... ἔστιν ἔτι τὴν πόλιν οἰκεῖσθαι;

---

[1]) πρός τοῦ Διός F.

[2]) διός καὶ θεῶν F Ω u ω; καὶ θεωρεῖτε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς om. Σ.

25, 72 φέρε γὰρ πρὸς θεῶν κἀκεῖνο σκέψασθε.

39, 37 σκέψασθε πρὸς θεῶν, τί ἐποίησεν ...

41, 22 τοῦτο δὴ ... μάθετε πρὸς θεῶν.

45, 81 καίτοι πρὸς θεῶν ... εἰς τίνα ἂν αὐτὰ ἀνήγαγες;

50, 2 καὶ πρὸς θεῶν ... δέομαι ὑμῶν, μή με ἡγήσησθε ἀδολεσχεῖν, ...

55, 17 τί λοιπὸν ... πρὸς θεῶν;

21, 166 καίτοι τοιαύτην τριηραρχίαν, ὦ πρὸς θεῶν [1]) πότερον τελωνίαν ... ἁρμόττει καλεῖν ...;

21, 98 τίνα, ὦ πρὸς τῶν θεῶν, ἔξετ' εἰπεῖν πρόφασιν δικαίαν ἢ καλήν;

21, 172 εἶτα πρὸς τῶν θεῶν τὸ τὴν τῆς φύσεως κακίαν ... ἐπανορθοῦσθαι μικρὰν ὑπολαμβάνετε εἶναι δωρεὰν καὶ χάριν;

35, 44 Χωρὶς δὲ τούτων, φέρε πρὸς τῶν θεῶν, ... ἆρ' ἂν οἴεσθε ... λέγειν;

18, 199 ... καί μου πρὸς Διὸς καὶ θεῶν μηδεὶς τὴν ὑπερβολὴν θαυμάσῃ ...

18, 256 καί μου πρὸς Διὸς [καὶ θεῶν [2])] μηδεμίαν ψυχρότητα καταγνῷ μηδείς ...

19, 19 ... (καὶ πρὸς Διὸς καὶ θεῶν πειρᾶσθε συνδιαμνημονεύειν ...)

19, 45 ... (καὶ πρὸς Διὸς καὶ θεῶν ἀναμιμνήσκεσθε ...)

19, 78 Ἂν τοίνυν ... λέγῃ, πρὸς Διὸς καὶ θεῶν μὴ ἀποδέξησθε ...

20, 43 σκέψασθε δὴ πρὸς Διὸς καὶ θεῶν ...

21, 73 σκέψασθε δὴ πρὸς Διὸς καὶ θεῶν ... καὶ λογίσασθε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς ...

21, 108 ... πρὸς Διὸς καὶ θεῶν [3]) ... τοῦθ' ὑποθέντες ἀκούετε ...

40, 53 ἀλλ' ὑμεῖς ... πρὸς Διὸς καὶ θεῶν, μὴ καταπλαγῆτε ὑπὸ τῆς κραυγῆς τούτου.

---

[1]) πρὸς τῶν θεῶν F k r.

[2]) καὶ θεῶν om. Σ.

[3]) καὶ θεῶν om. s.

40, 61 ἐὰν βοᾷ καὶ σχετλιάζῃ .... πρὸς Διὸς καὶ θεῶν, μὴ ἐπιτρέπετε αὐτῷ.
55, 9 ἀλλὰ προσέχετε ... πρὸς Διὸς καὶ θεῶν τὸν νοῦν.
55, 35 Μὴ οὖν πρὸς Διὸς καὶ θεῶν προῆσθέ με ...
57, 50 ... (καί μοι πρὸς Διὸς καὶ θεῶν μηδεὶς θορυβήσῃ ...)
57, 59 ... (καί μοι πρὸς θεῶν καὶ θεῶν μηδεὶς ὑπολάβῃ δυσκόλως ...)
epist. 5 pag. 1490, 2 δέομαι δή σου πρὸς Διὸς ξενίου καὶ πάντων τῶν θεῶν, μή με καταστήσῃς ... περιπετῆ.
42, 17 Πῶς οὖν ἄλλως πρὸς τῶν θεῶν καὶ δαιμόνων ἐπιδεικνύειν ὑμῖν δεῖ ...;
28, 20 ἱκετεύω, ἀντιβολῶ πρὸς παίδων, πρὸς γυναικῶν, πρὸς τῶν ὄντων ἀγαθῶν ὑμῖν.

ὦ ... reperitur duodetriginta locis:
19, 113 αὐτὸς ὢν οἶμαι θαυμάσιος στρατιώτης, ὦ Ζεῦ.
6, 37 ταῦτ' οὖν ... μὴ γένοιτο, ὦ πάντες θεοί.
9, 76 ὅτι δ' ὑμῖν δόξει, τοῦτ', ὦ πάντες θεοί, συνενέγκοι.
18, 324 Μὴ δῆτ', ὦ πάντες θεοί, μηδεὶς ταῦθ' ὑμῶν ἐπινεύσειεν, ...
9, 31 εἰ δέ γε δοῦλος ... ἐλυμαίνετο, Ἡράκλεις, ὅσῳ μᾶλλον δεινόν ...
19, 308 εἶναί τε τὸν Φ. αὐτόν, Ἡράκλεις, ἑλληνικώτατον ἄνθρωπον ...
21, 66 καὶ τὴν ἰδίαν δύναμιν κρείττω τῶν νόμων οὖσαν ἐνδεικνύμενον, Ἡράκλεις, βαρὺ καὶ οὐχὶ δίκαιόν ἐστι ...
18, 285 ... ὠμῶς καὶ ἀναιδῶς, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, κατηγορούντων ἐμοῦ ...
20, 167 ... τοῖς δ' ὅλην τὴν πόλιν κίβδηλον καὶ ἄπιστον ποιοῦσι λόγον δώσετε. οὐ δήπου γ' ὦ Ζεῦ καὶ θεοί.
23, 186 ἡ πόλις ... ἐφρούρει Χαρίδημον. καλόν γε, οὐ γάρ; ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, ὃς αὐτός ποτε τοὺς ὑμετέρους ... ἐδορυφόρει ...
32, 23 πῶς γὰρ οὐκ ... δεινὸν ἂν γένοιτο, εἰ ... ψηφίσαισθε; μὴ δήπου, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί.

36, 51 ὅς, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, τοσούτῳ τοῦτον ἡγεῖτο σοῦ πλείονος ἄξιον εἶναι ...

43, 68 οἵτινές γε, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, τὰ μὲν ἄλλα τί ἄν τις λέγοι περὶ τούτων;

19, 15 ἐδημογόρει ... πολλῶν ἀξίους, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, θανάτων λόγους ...

18, 139 ... δεινὸν μέν, ὦ γῆ καὶ θεοί, πῶς γὰρ οὔ;

18, 158 ... τοιαῦτα πέπονθεν ἡ Ἑλλὰς ... οὐχ ὑφ' ἑνός, ἀλλ' ὑπὸ πολλῶν καὶ πονηρῶν τῶν παρ' ἑκάστοις, ὦ γῆ καὶ θεοί.

18, 294 ὅς γὰρ ἐμοῦ φιλιππισμόν, ὦ γῆ καὶ θεοί, κατηγορεῖ ...

19, 287 καὶ περὶ πορνείας ἔλεγεν, ὦ γῆ καὶ θεοί ...

19, 311 ... ὅς, ὦ γῆ καὶ θεοί, ἐκεῖνα ... δεδημηγορηκώς, πάντα τἀναντία τούτοις ἔλεγε ...

20, 96 Τοῦτο μέν ἐστι ... καλόν, ... δίκαιον, ὦ γῆ καὶ θεοί.

22, 78 Ἀλλ' Ἀνδροτίων ὑμῖν πομπείων ἐπισκευαστής, Ἀνδροτίων, ὦ γῆ καὶ θεοί.

23, 61 εἶτ' οὐ δεινόν, ὦ γῆ καὶ θεοί ...;

24, 186 ... ἀλλ' Ἀνδροτίων ὑμῖν πομπείων ἐπισκευαστής, Ἀνδροτίων, ὦ γῆ καὶ θεοί.

25, 56 ... δεινόν, ὦ γῆ καὶ θεοί, πρᾶγμ' ἀκούσεσθε ...

39, 21 οὐκοῦν δεινόν, ὦ γῆ καὶ θεοί, φάσκειν ...

40, 5 ... οἵτινες, ὦ γῆ καὶ θεοί, ... οὐκ αἰσχύνονται ...

45, 73 οὐκοῦν δεινόν, ὦ γῆ καὶ θεοί, καὶ πέρα δεινοῦ ...

55, 28 ἀλλ' οὐ δήπου τούτων, ὦ γῆ καὶ θεοί, παρὰ τῶν γειτόνων ἕκαστος ἀξιώσει τὰς βλάβας κομίζεσθαι.

Productis igitur omnibus id genus locis proximum est, ut exponam, quae numina his precibus et iurandis coniuncta sint. Deorum autem delectus, id quod in universum de hac re dicatur, ita fere nititur et numerorum legibus et oratoria quadam vi, ut exstent sane praesertim in precibus haud pauci loci, unde oratores apparet operam

dedisse, ut res ipsa congrueret cuiusque numinis invocati potestati ac provinciae. Quod ubi sit, ostendam atque proponam. Sed transeamus ad singula!

Ac persaepe oratores omnium Graecorum consuetudine in precibus suis et iuramentis universos deos obtestati sunt, ut εὔχομαι τοῖς θεοῖς, μὰ (νὴ) τοὺς θεούς, πρὸς θεῶν etc.

Deis coniuncti, verum nunquam ipsi per se implorantur paucis locis heroes et daemones, quae numina, id quod ipso semideum nomine declaratur, medium inter deos et homines locum tenebant.[1]) Ita collocatos esse videmus apud Aeschin. 3, 137 ὦ γῆ καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες καὶ ἄνθρωποι et apud Antiph. 1, 27 οὔτε θεοὺς οὔτε ἥρωας οὔτε ἀνθρώπους αἰσχυνθεῖσαι.

Heroes igitur, qui propter eximia in patriam merita magnis ac paene divinis honoribus colebantur,[2]) invocari solebant, ut a patria averterent pericula eiusque patrocinium susciperent. Eiusmodi preces habet Lycurgus in orat. contra Leocratem § 1: εὔχομαι γὰρ τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς καὶ τοῖς ἥρωσι τοῖς κατὰ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν ἱδρυμένοις ... Praeterea Dinarch. 1, 64 et Dem. epist. 2, p. 1471, 9.

Daemonum autem qualis natura et vis a veteribus cogitata esset, non satis exploratum et perspectum esse videtur.[3]) Habentur enim tum pro deis, tum diversi ab eis cogitantur, tum aut malevola quaedam numina et inimica hominibus aut benigni deorum hominumque internuncii existunt (cf. Plat. conviv. 202 E). Implorantur autem daemones ab oratoribus tribus locis nec facile est explicare, quid sibi velit eorum invocatio. Sed quoniam illorum potestas tam incerta et dubia erat, sunt qui opinentur ea iuranda fortasse ad divos manes pertinere. Quod convenire fateor precibus, quae reperiuntur apud

[1]) Naegelsbach (nachhomerische Theologie, 1857) p. 104.

[2]) Cf. de hisce numinibus Preller (Griechische Mythologie, 1854) vol. II.

[3]) Naegelsbach, p. 113.

Isae. 2, 47 βοηθήσατε καὶ ἡμῖν καὶ ἐκείνῳ τῷ ἐν Ἅιδου ὄντι καὶ μὴ περιίδητε πρὸς θεῶν καὶ δαιμόνων δέομαι ὑμῶν, προπηλακισθέντα αὐτὸν ὑπὸ τούτων. Hoc enim loco quia pro patre mortuo preces dicuntur, fieri potest, ut daemonum nomine divi manes apud inferos habitantes designentur. Tale quid etiam reliquis locis (Dem. 42, 17 et Aesch. 3, 137) subesse equidem vereor affirmare. Atque haec de universis deis, heroibus, daemonibus; dicam nunc de singulis deis et deabus.

Ac Iovis obtestationem (μὰ Δία, νὴ Δία, πρὸς Διός) maxime usitatam esse, non habemus, quod miremur. Colebatur enim Iuppiter, ut erat omnium deorum princeps, prae ceteris et iurativus deus et magnus periurii vindex, cui soli cognomen ὅρκιος inditum erat. [1])

Amplificationis, [2]) quae dicitur, figura persaepe ad Iovem universi quoque dei adsciscuntur (νὴ τὸν Δία καὶ πάντας θεούς, πρὸς Διὸς καὶ θεῶν).

Pariter compluribus locis et ipse Apollo Iovi coniungitur: Dem. 9, 65 ὃ νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω δέδοικα ἔγωγε μὴ πάθητε ὑμεῖς. Praeterea Dem. 50, 13 — Isae. 6, 61 — Aesch. 1, 81, 88, 108. Hic velim illud recorderis, quod Naegelsbach (p. 136) dicit Apollini cum Iove tam artam necessitudinem intercedere, ut quotiescunque alii dei ad Iovem accedant, nunquam praetereatur Apollo, quae res congruit cum uno eius generis loco apud Dem. 52, 9 καὶ μὰ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Δήμητρα.

Minerva quoque una cum Iove imploratur a Dinarcho 1, 36 ὦ δέσποιν' Ἀθηνᾶ καὶ Ζεῦ σῶτερ.

Iovis, Apollinis, Minervae coniunctio, quo carmine nullum Graecis erat sanctius, nullum sollemnius, [3]) quo Homerus in carminibus suis [4]) summam orationis ampli-

---

[1]) Eurip. Med. 171 Ζῆνα, ὃς ὅρκων θνατοῖς ταμίας νενόμισται. — Sophocl. Trach. 1324 Ζῆνα ὅρκιον καλῶ.

[2]) cf. Rehdantz Ind. p. 168.

[3]) Buttmann (mythologus, 1828) I p. 29.

[4]) αἲ γάρ, Ζεῦ τε πάτηρ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον (Od. 4, 341. — Il. 2, 371 aliisque).

tudinem affectabat, semel reperitur apud Dem. 21, 198 ἐμοὶ μὲν νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἀθηνᾶν (εἰρήσεται γάρ, εἴτε ἄμεινον εἴτε μὴ ...)

Gravissima igitur per tres deos iuramenta, quae cum omnibus Graecis maxime usitata,[1]) tum Atheniensibus a legum latoribus magnopere commendata[2]) fuisse constat, perpauca omnino ab oratoribus Atticis usurpantur. Exceptis enim duobus illis locis apud Dem. (52, 9 et 21, 198), de quibus supra diximus, nihil aliud id genus reperitur.

Praeter Iovem alii quoque dei vel deae, Minerva, Apollo, Neptunus, Liber, Hercules, Adrasteia ab oratoribus nominatim invocantur.

Ac Minerva, Athenarum urbis tutela, a Lycurgo, cum agitur patriae salus, de industria imploratur in oratione contra Leocratem perduellionis crimine accusatum (§ 1: εὔχομαι γὰρ τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς καὶ τοῖς ἥρωσι...); idemque orator denuo obtestatur hanc deam, cum leges ratas urbi decori esse affirmat (§ 75). Neque minus idonea esse videtur Minervae obtestatio his quidem locis: Dem. 26, 19 ἀλλὰ ταῦτά γε νὴ τὴν Ἀθηνᾶν ὄνειδός ἐστι ... τὰ γιγνόμενα τῇ πόλει. Dinarch. 1, 64 μαρτύρομαι τὰς σεμνὰς θεὰς ... καὶ τὴν Ἀθηνᾶν τὴν πολίτιδα ... Ac ne illud quidem praetereundum est huic deae ab eodem oratore in precibus, quas supra diximus (1, 36 ὦ δέσποιν' Ἀθηνᾶ καὶ Ζεῦ σῶτερ) vel priorem locum esse attributum. Desideratur autem ratio in hac Minervae obtestatione apud Dem. 24, 199 ὃ μὰ τὴν Ἀθηνᾶν οὐδ' ὑμᾶς οἴομαι λανθάνειν.

Iam vero Apollo Pythius una cum aliis deis sollemnitate quadam invocatur a Demosthene (18, 141 Καλῶ ... τοὺς θεοὺς ἅπαντας καὶ πάσας καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον),

[1]) Haud pauca eius rei exempla ex compluribus Graecorum civitatibus repetivit Lasaulx (Studium des klassischen Altertums. 1854) p. 181. 186, 188, 191.

[2]) Schol. Venet. Iliad. XV, 36: διὰ τριῶν δὲ ἦν ἔθος ὀμνύναι, ὡς Δράκων ἔταξεν. — Pollux VIII, 142: τρεῖς θεοὺς ὀμνύαι κελεύει Σόλων.

quem deum ideo orator appellasse dicitur, quod etiam sacri Delphici iura violasse insimulabatur. [1])

Ceterorum numinum obtestatio plerumque in numeris aut vi oratoria posita esse videtur. Quo in genere reponenda sunt duo per Cererem iuramenta apud Dem. 3, 32: ταῦτα μὰ τὴν Δήμητρα οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, εἰ μείζων εἰπόντι ἐμοὶ γένοιτο παρ' ὑμῶν βλάβη τῶν πεποιηκότων αὐτὰ γενέσθαι. In quem locum scholiastes: Ὡς ἐπιπλήξας θεραπεύει πάλιν, διὰ τὸ τραχὺ δὲ τὴν Δήμητρα ὄμνυσι, τυγχάνουσαν θεὸν ἥμερον, πρὸς τὸ ἡμέρους αὐτοὺς ποιῆσαι. Ὥςπερ γὰρ ἐκείνη διὰ τῶν καρπῶν ἡμέρους τοὺς ἀνθρώπους ἐποίησεν, οὕτω καὶ αὐτὸς διὰ τοῦ ὅρκου βούλεται ἡμεροῦν αὐτῶν ἀγριότητα τὴν γενομένην ἐκ τῆς ἐπιτιμήσεως. Haec vana, ne dicam inepta interpretatio haud scio an nemini probetur. Neque minus obscura est altera Cereris obtestatio apud Dem. 19, 262 ταῦτα νὴ τὴν Δήμητρα, εἰ δεῖ μὴ ληρεῖν, εὐλαβείας οὐ μικρᾶς δεῖται.

Neptunus quoque existit deus iurativus apud Aeschinem 1, 73 βούλεσθε οὖν τὸ ὅλον πρᾶγμα ἀφῶμεν καὶ μὴ ζητῶμεν; νὴ τὸν Ποσειδῶ κακῶς ἄρα τὴν πόλιν οἰκήσομεν, quo in loco illud nobis occurrit, Atheniensium veterum opinionem fuisse, Neptunum pariter ac Minervam Atticae terrae praesidere atque prospicere. [2])

Idem orator Liberum quoque contestatur 1, 52: οὐκέτι δήπου φαίνεται μόνον ἡταιρηκώς, ἀλλὰ καὶ (μὰ τὸν Διόνυσον οὐκ οἶδ' ὅπως δυνήσομαι περιπλέκειν ὅλην τὴν ἡμέραν) καὶ πεπορνευμένος, quam obtestationem fortasse repetas ex eo, quod hic deus hominibus auctor est, ut quaecunque de quavis re sentiant, nullis ambagibus aperte loquantur. An occurrunt ipsa Bacchanalia?

Hercules quoque, ut qui non solum herois, sed ipsius dei iustam venerationem apud Graecos haberet, a nonnullis oratoribus imploratur, quo in numero est Dinarchus 2, 3: οὐ γὰρ δὴ μὰ τὸν Ἡρακλέα βελτίω γενήσεσθαι αὐτὸν προςδοκᾶτε. Praeterea Aesch. 1, 188 et 3, 112,

---

[1]) Jacobs (Demosthenes' Staatsreden, 1833) p. 606, not. 87.

[2]) Preller I p. 359.

Dem. 25, 51 et 18, 294 (νὴ τὸν Ἡρακλέα καὶ πάντας θεούς).

Exclamatio ὦ Ἡράκλεις quam oratoriam vim habeat, postea demonstrabitur. Eiusmodi exclamationibus usus est Demosthenes 9, 31—19, 308—21, 66; Din. 1, 7; Aesch. 1, 49 et 3, 21.

Adrasteia denique — designatur autem hoc nomine Cybele sive Magna mater — quae eadem pro ipsa iustitiae dea habebatur,[1]) ab inflato illo Demosthenis imitatore[2]) imploratur in or. 25, 37.

Ceres et Proserpina deae, etiamsi non manifesto nominantur, tamen intelligendae sunt in hoc iuramento apud Andocidem 1, 32: Νομίσατε τοίνυν ἀσέβημα οὐδὲν ἔλαττον εἶναι τοὺς μηδὲν ἠδικηκότας ἀσεβεῖν καταγνῶναι ἢ τοὺς ἠσεβηκότας μὴ τιμωρεῖσθαι· ὥστ' ἐγὼ πολὺ μᾶλλον τῶν κατηγόρων πρὸς τοῖν θεοῖν ἐπισκήπτω, ὑπέρ τε τῶν ἱερῶν, ἃ εἴδετε καὶ ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων, οἳ τῆς ἑορτῆς ἕνεκεν ἔρχονται δεῦρο· εἰ μέν τι ἠσέβηκα . . . ἀποκτείνατέ με. Haec contestatio quo spectet, quoniam de mysteriis oratio habita est, re ipsa satis apparet.

Etiam furias earumque sedem una cum aliis numinibus iuramento gravissimo a Dinarcho in oratione contra Demosthenem (1, 64) invocari supra cognovimus.

Tellus quoque deis coniuncta (ὦ γῆ καὶ θεοί) in exclamationibus imploratur a Demosthene, quos locos supra inspicere licet.[3]) Accedunt duo similes loci apud Aeschinem, ubi hanc exclamationem auctam et amplificatam videmus: 3, 117 ὦ γῆ καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες καὶ ἄνθρωποι, ὅσοι βούλεσθε ἀκούειν τἀληθῆ. Insignior haec exclamatio: 3, 260 Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ γῆ καὶ ἥλιε καὶ ἀρετὴ καὶ σύνεσις καὶ παιδεία, ᾗ διαγιγνώσκομεν τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰσχρά, βεβοήθηκα καὶ εἴρηκα. Ad hunc locum Weidner[4]): „Virtus et Prudentia et Disciplina appellatur, ut iudicibus

[1]) Preller I 333 squ.
[2]) De hac oratione v. infra.
[3]) De oratoria vi eiusmodi exclamationum v. infra.
[4]) A. Weidner, Aeschinis in Ctesiph. oratio, Lipsiae 1872.

harum rerum memoria officiorumque ratio inculcetur. In his enim rebus omnis causa vertebatur.“ At haec tota obtestatio non magis oratoria exclamatio quam declamatio esse videtur. An vero ut commonefacias iudices virtutis, prudentiae, disciplinae, — sollemni opus est telluris et solis obtestatione? Sed haec non amplius deliberanda censeo.

Restat, ut attingam complures alios locos, ubi is qui loquitur praeter deos etiam per homines aut carissima quaeque iudices, ut sibi auxilio veniant, orat atque obsecrat. Cuius rei exempla habet Lysias: 4, 20 πρὸς οὖν παίδων καὶ γυναικῶν καὶ θεῶν . . . ἱκετεύω. Similiter Lys. 20, 36; Dem. 28, 20.

Omnium autem pulcherrimum iuramentum illud esse arbitreris, quo Demosthenes sui purgandi causa vel per mortuos iurat in or. 18, 208: μὰ τοὺς Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων . . . de quo iure iurando plura alio loco.

Huius loci imitatio esse videtur haec obtestatio apud (Ps) Dem. 25, 97: ἐγὼ δὲ τοὺς προγόνους καὶ τὰς ἀρετὰς ἐκείνων ἀνακαλῶ.

De numinibus iurativis satis dictum esse arbitror; quaeratur nunc, quae formulae plurium oratorum communes, quae uniuscuiusque propriae sint.

Ac sollemnia iuramenta et preces, quae verbis ὄμνυμι, μαρτύρομαι, καλῶ, εὔχομαι formantur, exstant apud Lycurgum, Hyperidem, Dinarchum, Aeschinem, Demosthenem; breviora autem et leviora ὄμνυμι τοὺς θεούς, εὔχομαι τοῖς θεοῖς apud unum Demosthenem.

Tales autem preces cum collocantur in alicuius orationis exordio, nimium quantum valent ad sermonis vim gravitatemque augendam; cuius rei illustrissimum exemplum prodidit Demosthenes 18, 1: Πρῶτον μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην

ὑπάρξαι μοι παρ' ὑμῶν εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα ... Simile [1]) exordium legimus apud Lycurgum contra Leocratem § 1.

Iam vero exsecrationes, quippe quae ex animo valde concitato emanent, perrarae sunt atque hae tantummodo apud Demosthenem inveniuntur septem locis (cf. supra).

In propriis autem iurandi formulis — ναὶ μὰ (Δία) non usurpatur nisi ab Isaeo tribus locis in eadem oratione 3, 25, 39, 49. Praeterea iuramenta vocabulo μά composita communia sunt Isaei, Lysiae, Dinarchi, Hyperidis, Aeschinis, Demosthenis.

Ac brevissima formula μὰ Δία usus est Isaeus tribus locis 4, 20 et bis 11, 35; Dinarchus duobus locis 1, 40, 77; Hyperides semel in or. pro Euxen. § 20, 15; Aeschines duobus locis 1, 61 et epist. 12, 1; Demosthenes denique tredecim locis, quos licet supra inspicere.

Μὰ τὸν Δία cum articulo usurpat Lysias tribus locis eiusdem orat. 6, 7, 32, 38; [2]) Aeschines uno loco epist. 12, 9; Demosthenes quattuor locis 24, 125 — 40, 57 — 57, 52 — 58, 36.

Eandem formulam μὰ τὸν Δία aliquo adiectivo auctam habet Aeschines, ut μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον tribus locis: 1, 55, 76 — 3, 255; Demosthenes μὰ τὸν Δία τὸν μέγιστον: 48, 2.

Hoc loco quia simpliciores formulae, quae quidem articulo aut aliis vocabulis extendantur, accuratius inspiciendae sunt, a re non alienum esse videtur, simul de formula νὴ Δία inquirere. Hanc igitur formulam communem habent Andocides, Isaeus, Lycurgus, Hyperides, Dinarchus, Aeschines, Demosthenes.

Atque Andocides quidem hac simplici formula νὴ Δία usus est uno loco 3, 15; Isaeus quattuor locis 4, 24, 73 — 4, 20 — 7, 33; Lycurgus uno loco in or. contra Leocratem § 140; Hyperides tribus locis in or. pro Euxen. § 26 — § 27, 14 — § 37, 24; Dinarchus uno loco 2, 8;

[1]) Hunc usum etiam Romani imitabantur, cuius rei auctor est Cicero pro Murena c. 1 et pro Rabirio c. 2.

[2]) De hac oratione v. infra.

Aeschines quattuor locis 1, 28, 98[1]) — 3, 172, 217; Demosthenes denique centum locis, qui supra continuati sunt.

Νὴ τὸν Δία cum articulo solus Demosthenes habet duobus locis 9, 68[2]) — 37, 50.[3])

Νὴ τὸν Δία . . . aliquo vocabulo addito profert Dinarchus, ut νὴ τὸν Δία τὸν σωτῆρα 3, 15; Demosthenes νὴ τὸν Δία τὸν 'Ολύμπιον 24, 121.

Ex hac igitur comparatione simplices formulas μὰ Δία et νὴ Δία multo frequentiores esse apparet quam eiusdem generis extentas, quae ratio maxime impar est apud Demosthenem. Usurpat enim hic orator tricies μὰ Δία, quater μὰ τὸν Δία, semel μὰ τὸν Δία τὸν μέγιστον idemque centies νὴ Δία, bis νὴ τὸν Δία, semel νὴ τὸν Δία τὸν 'Ολύμπιον. Quae cum ita sint, tanti esse videtur, ut quibus orationibus pleniores illae formulae insertae sint, diligentius investigemus.

Ac primum μὰ τὸν Δία semel legitur in oratione contra Boeotum de dote materna (40, 57) semelque in oratione contra Theocrinem (58, 36), quae orationes omnium criticorum consensu et veterum et recentioris aetatis ab ipso Demosthene abiudicantur (cf. Blass. vol. III, 1 p. 450 squ. et 440). Tertius autem locus, ubi invenitur μὰ τὸν Δία, est in oratione contra Eubulidem (57, 42), et hanc quidem, quae neque a veteribus in dubitationem vocatur et a Blassio[4]) pro germana habetur, spuriam esse demonstrant G. H. Schaefer (app. cr. V p. 430) et Benseler (de hiat. p. 129) et A. Schaefer.[5]) Iam vero formulam μὰ τὸν Δία τὸν μέγιστον reperimus in or. adversus Olympiodorum (48, 2), quam orationem a Demosthene compositam esse omnes fere huius aetatis

---

[1]) νὴ τὸν Δία unus cod. l.

[2]) τὸν om. cod. Ω.

[3]) Bekker τόν om. r; Dindorf: νὴ Δία: A S r.

[4]) Blass (Die Attische Beredsamkeit, 1868—1880) III, 1 p. 427.

[5]) A. Schaefer (Demosthenes und seine Zeit, 1856—1858) III p. 262.

viri docti negant (cf. Blass. III, 1 p. 499). Venio nunc ad duos alios locos in or. contra Timocratem (24), ubi § 125 μὰ τὸν Δία et § 121 νὴ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον scriptum est. Exstant igitur illa iuramenta in ea huius orationis parte, quae repetita est ex oratione contra Androtionem et alienissimo suo sermone magnopere adhuc offendit. Ac Voemel[1]) quidem hanc partem, quae a § 110 usque ad § 187 pertinet, quasi suspectam uncis includit; hiatibus Demosthene indignis eam scatere demonstrat Benseler (p. 124); Blass autem (III, 1 p. 248) affirmat numeros ibi omnino esse neglectos; cum Demosthenis denique ingenio illam minus congruere concedit et ipse A. Schaefer (III Beil. 3, p. 63). Nihilo setius Blass et Schaefer hanc quoque partem ab ipso Demosthene, priore verum tempore ceterisque partibus neglegentius conscriptam esse opinantur. Contra sentit Benseler, qui eam huius oratoris esse negat.[2]) Neque id immerito. Etenim quae tot rebus tamque dilucide Demosthenis sermoni adversantur, haec ipsius Demosthenis esse haudquaquam verisimile est.

Ex octo igitur formulis, quae minus usitatae sunt, sex reperiunter in eis orationibus, quae aut spuriae aut maxime suspectae existimantur, ut in Bekkeriana certe editione reliqui sint duo alii loci aeque notabiles, ubi in orationibus vere Demosthenicis exstat formula νὴ τὸν Δία[3]) (37, 50 et 9, 68). Priore autem loco (37, 50) I. Bekker in conferendo codice Paris. Σ oculorum lapsu erravisse videtur. Profert enim et Duebner, Dindorfii[4]) locuples auctor, et ipse Voemel,[5]) quos viros singulari

---

[1]) In editione Paris. (1843).

[2]) Benseler (de hiatu in orat. Atticis, 1841) p. 126: „Omnes hae difficultates tolluntur, si statuimus, quaecunque a § 110 usque ad § 187 leguntur, ab aliena manu hic esse inserta.“

[3]) Hanc formulam apud ceteros oratores non in usu esse recte suspicatur Frohberger (N. J. vol. 84, p. 176).

[4]) Cf. supra, quae notat ad hunc locum Dindorf (Oxon. 1846).

[5]) In edit. Paris.

quadam cura ac diligentia illum librum excussisse constat, hoc quidem loco simplicem formulam νὴ Δία. Quod si pro explorato habemus, relinquitur apud Demosthenem in germana oratione (9, 68) unus locus huiusce oratoris sermoni contrarius, quem in communi codicum consensu labefactari nefas esse duco idque eo magis, quod ad illam sententiam aliquod gravius iuramentum non inepte accedit ac simplex formula νὴ Δία ipsis numeris incommodaret. Omitto, quod Demosthenes hoc loco alium quendam verba facientem inducit.

Ex aliis autem huius generis formulis usurpat μὰ τοὺς θεούς Lysias semel 8, 18; Isaeus semel 11, 36; Aeschines bis: epist. 5, 1 — epist. 9, 2; Demosthenes viginti uno locis (cf. supra).

μὰ τοὺς θεοὺς τοὺς Ὀλυμπίους habet Isaeus uno loco 8, 29; Aeschines item uno loco 3, 182.

νὴ τοὺς θεούς utitur Aeschines uno loco 2, 130; Demosthenes quinque locis (v. supra).

νὴ τοὺς θεοὺς τοὺς Ὀλυμπίους Aeschines solus habet 3, 228.

Addo alias simplices formulas, quibus implorantur singuli dei vel deae:

μὰ τὸν Ἡρακλέα usurpatur a Dinarcho 2, 3 et ab Aeschine duobus locis 1,88 — 3, 212.

νὴ τὴν Ἀθηνᾶν reperitur apud Demosthenem 26, 19 et apud Lycurgum contra Leocr. § 75.

Unius autem oratoris propria reperiuntur haec iuramenta, in quibus Demosthenis sunt:

μὰ τὴν Ἀθηνᾶν duobus locis 24, 199 — exord. 46, 30;[1]) νὴ τὸν Ἡρακλέα 25, 51; μὰ τὴν Δήμητρα 3, 32; νὴ τὴν Δήμητρα 19, 262.

---

[1]) Quod Rehdantz (Ind. p. 281) concludit ex verbis Aeschineis (3, 150 διώμνυτο τὴν Ἀθηνᾶν, ἣν, ὥς ἔοικε Φειδίας ἐνεργολαβεῖν εἰργάσατο καὶ ἐνεπιορκεῖν Δημοσθένει), haec per Minervam iuramenta prae ceteris a Demosthene amata et usurpata esse, ex hac paucitate minime sequitur, praesertim cum orationem alteram in Aristogitonem (26) spuriam esse constet.

Aeschines solus habet: μὰ τὸν Διόνυσον 1, 52; νὴ τὸν Ποσειδῶ 1, 73.

Transeamus nunc, si videtur, ad compositas formulas! Ac solus Demosthenes iurat hunc in modum: μὰ τοὺς θεοὺς καὶ τὰς θεάς 19, 67 — νὴ τοὺς θεοὺς καὶ τὰς θεάς 42, 6.

Iam vero iuramenta, in quibus amplificatione quadam ad Iovem universi dei adduntur, nisi quod in Aeschinea epistola[1]) 11, 6 μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς ἄλλους θεούς legitur, praeterea tantummodo exstant in orationibus, quae Demosthenis esse feruntur. Sed eius formulae tam varia est compositio codicumque scriptura tam ambigua, ut singulos locos denuo promere atque inspicere non inutile sit. Omnium igitur librorum consensu traditi sunt hi loci:

9, 54 μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς ἄλλους θεούς,
10, 7 μὰ τὸν Δία καὶ πάντας τοὺς θεούς,
35, 40 μὰ τὸν Δία τὸν ἄνακτα καὶ τοὺς θεοὺς ἅπαντας.

Reliqui omnes loci plus minusve ambigue scripti sunt:

23, 188 μὰ τὸν Δία καὶ θεοὺς ἅπαντας (καὶ τοὺς θεούς k r s),
25, 13 μὰ τὸν Δία καὶ πάντας θεούς (πάντας τοὺς θεούς F Ω k v),
36, 53 μὰ τὸν Δία καὶ θεούς (καὶ τοὺς θεούς r),
8, 49 νὴ τὸν Δία καὶ πάντας τοὺς θεούς (πάντας θεούς Υ),
10, 25 νὴ τὸν Δία καὶ πάντας θεούς (πάντας τοὺς θεούς Ω u v),
18, 129 νὴ τὸν Δία καὶ τοὺς θεούς (καὶ θεούς Σ),
25, 65 νὴ τὸν Δία καὶ πάντας θεούς (καὶ θεούς Σ Υ Ω k),
32, 10 νὴ τὸν Δία καὶ θεούς (καὶ τοὺς θεούς r),
36, 61 νὴ τὸν Δία καὶ θεοὺς ἅπαντας (τοὺς θεούς r).

Addo 18, 294 νὴ τὸν Ἡρακλέα καὶ πάντας θεούς (quod habent Σ Υ k s; reliqui πάντας τοὺς θεούς).

Ex his tredecim formulis omnium maxime notanda est μὰ τὸν Δία τὸν ἄνακτα καὶ τοὺς θεοὺς ἅπαντας (35, 40).

[1]) Has Aeschineas epistolas spurias esse inter omnes constat (Blass III, 2 p. 160).

Nam verba ornantia, quae dicuntur, Ὀλύμπιον, μέγιστον, ἄνακτα, alia id genus ab ipso Demosthene nullo alio loco usurpari cognovimus; [1]) quo factum est, ut haec formula atque adeo omnis oratio veteribus ipsis, qui ad eas res studium conferebant, suspicionem moveret, quod perspicuum est ex ipso argumento illi orationi praeposito (Οὐκ ὀρθῶς δέ τινες ἐνόμισαν τὸν λόγον μὴ γνήσιον εἶναι ... τὸν δὲ Δία τὸν ἄνακτα κατὰ τὴν τοῦ προσώπου τοῦ ὑποκειμένου συνήθειαν δῆλός ἐστιν ὠνομακώς). Huius autem aetatis viri docti eam orationem spuriam esse omnes ad unum consentiunt (Blass III, 1 p. 504 squ.). Reliqui autem loci ita fere conformati sunt, ut aequabilitate quadam adiectivum πάντας atque hoc plerumque sine articulo adiciatur. Qua de causa G. H. Schaefer (app. cr. I p. 525) articulum his omnibus locis remotum vult. Sed videndum, ne faciamus inconsiderate. Namque in aliis eiusmodi formulis articulum additum esse Voemel [2]) his exemplis comprobat: ὀμνύω τοὺς θεοὺς ἅπαντας (23, 5) — εὔχεσθε δὲ πᾶσι τοῖς θεοῖς (14, 39) — καὶ πάντας ὑμῖν ὄμνυμι τοὺς θεούς (32, 31). Quid multa? Hac ipsa scripturae ambiguitate ac diversa verborum continuatione, unde apparet in his formulis ratam legem non esse observatam, magnopere admonemur, uti sequamur optimi libri Σ auctoritatem. Recte igitur recentiores critici textu Bekkeri mutato formulam νὴ τὸν Δία καὶ θεούς in or. 18, 129 et 25, 65 ex illo codice receperunt.

Praeterea in compositis id genus formulis iuramentum νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω commune est Demosthenis (9, 65), Isaei (6, 61), Aeschinis tribus locis (1, 88, 108 et 1, 81, quo loco haec formula paululum extenditur: νὴ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὸν Ἀπόλλω).

Solius denique Demosthenis haec iuramenta sunt:

---

[1]) Cf. supra. Non magis Demosthenis est iuramentum in epist. V δέομαι πρὸς Διὸς ξενίου καὶ πάντων τῶν θεῶν (cf. Blass III, 1 p. 398).

[2]) Contiones 1856, ad or. 8, 49.

μὰ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω 50, 13,
μὰ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Δήμητρα 52. 9.
νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἀθηνᾶν 21. 198.

Addo μὰ τοὺς Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας 18, 208. — Haec de vocabulis ναὶ μά, μά, νή.

Iuramenta praepositione πρός formata omnino usurpantur ab Andocide, Lysia, Isaeo, Dinarcho, Aeschine, Demosthene.

Ac brevissima formula πρὸς Διός usus est Dinarchus (1, 43), Aeschines (ep. 2, 5), Demosthenes sedecim locis, de quibus supra videas.

πρὸς τοῦ Διός semel usurpatur ab Aeschine 1, 79, quo loco simplicem formulam πρὸς Διός prima manu traditam ego recipiendam esse censeo, quamquam hic orator aliis locis longiores formulas praeferre solet.

πρὸς θεῶν in usu est apud Aeschinem duobus locis (1, 75 — 3, 61) et apud Demosthenem undeviginti locis, qui supra allati sunt.

πρὸς θεῶν Ὀλυμπίων usurpat Isaeus (6, 58) et Lysias tribus locis (13, 95 — 19, 34, 54).

πρὸς τῶν θεῶν cum articulo reperitur apud Dinarchum (3, 1), Aeschinem (2, 102), Demosthenem duobus locis (21, 172 et 35, 44).

Accedunt nonnullae simplices formulae interiectione ὦ (aut ὧ). amplificatae. Huiusmodi iuramenta non exstant nisi apud Demosthenem quinque locis:

29, 32 ὦ πρὸς Διός (πρὸς τοῦ Διός F),
9, 15 ὦ πρὸς τοῦ Διός,
14, 12 ὦ πρὸς τοῦ Διός,
21, 166 ὦ πρὸς θεῶν (τῶν θεῶν F k r),
21, 98 ὦ πρὸς τῶν θεῶν.

In hac interiectione quaeritur, circumflexum accentum praeferas an acutum. De qua re Thomas Magister sub fin.:[1]) Τὸ Ὦ μετὰ τῆς κλητικῆς οὐδεπώποτε ὀξύνεται: ...

[1]) Cf. Voemel. contiones, proleg. p. X.

ὅτε δὲ ἐπάγεται γενικῇ, ἐξ ἀνάγκης ὀξύνεται. τότε γὰρ πάντως ἢ σχετλιαστικόν ἐστιν ἢ θαυμαστικόν. His similia prodit teste Buttmanno[1]) Hesychius et Etym. M. p. 79, 13. Nostro igitur iure scribimus verbi causa ὤ μοι, ὢ πόποι, ὢ τῆς ἀναιδείας. Quod quia ita est, in his quoque iuramentis ὢ pro ὦ collocandum esse sunt qui opinentur. G. H. Schaefer quidem (app. cr. I p. 750 et III p. 396 et 452) omnibus his locis ὢ restituendum esse censet.[2]) Sed quamvis recta sint, quae Th. Magister aliique de hoc accentu tradiderunt, tamen ea in hasce formulas cadere ego negaverim. Dolentium sane aut mirantium exclamationes, quales quidem vocabulis ὤ μοι, ὢ πόποι, similibus emittantur, ab his iuramentis certo alienae ac plane remotae sunt neque vero non verisimile est interiectionem ὦ his locis pro integro casu vocativo,[3]) fortasse pro ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι vel δικασταί positam fuisse, ut illis formulis antiquitus hic fere sensus contineretur: ὦ [ἄνδρες Ἀθηναῖοι], πρὸς τῶν θεῶν [δέομαι ὑμῶν] λέγετέ μοι ..., unde nonnullis vocabulis omissis haec brevis formula ὦ πρὸς τῶν θεῶν profecta esse videtur. Quae cum ita sint, circumflexum ὦ ego arbitror anteponendum esse, praesertim cum haec scriptura tribus locis omnium codicum fide comprobata sit.[4]) Sed redeamus ad rem!

Semel leguntur hae simplices formulae: πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς apud Dinarch. 1, 45 et πρὸς τοῖν θεοῖν ἐπισκήπτω apud Andocidem 1, 32.

---

[1]) Ph. Buttmann (ausführliche gr. Sprachlehre, 1819—1827) II p. 379.

[2]) Idem statuit Boissonade ad Aristaen. p. 209 et Brunck ad Aristoph. Lysistr. 836 et Ecclesiaz. 160.

[3]) Casum vocativum hic explendum esse Reiske quoque sensit (Schaefer app. cr. I p. 750) haec adnotans: „ὦ πρὸς Διός id est ὦ μῶροι, ὦ ἀνόητοι ὑμεῖς. Cogitabit hoc lectorum quisque secum: orator autem haud audebat plane proloqui." Sed haec ipsa verba, quamquam in tribus primis locis irrisio quaedam inest, simul audita esse vix credideris.

[4]) Cf. etiam Buttmann II p. 379. Et ipse Kuehner (Griechische Grammatik, 2. Aufl. 1870) hunc accentum scribit (II, 1 p. 45).

Iam vero ex compositis formulis — brevissima πρὸς Διός καὶ θεῶν non usurpatur nisi a Demosthene tredecim locis [1]) (v. supra).

πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν θεῶν habet Aeschines solus uno loco 1, 87 [2]) idemque πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν his duobus locis: 1, 70 [3]) et 3, 156. [4]) Posterior autem locus (3, 156) dignus est, qui accuratius inspiciatur. Bekkeri igitur scriptura haec est: μὴ πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, ἱκετεύω ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ τρόπαιον ἵστατε ... Omittunt autem codd. e h k l vocabula τῶν ἄλλων et ponunt ἱκετεύω ὑμᾶς post Ἀθηναῖοι et praetereunt alterum μή, ut haec sit lectio: μὴ πρὸς τοῦ Διὸς καὶ θεῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἱκετεύω ὑμᾶς ἵστατε.

Hoc autem loco Cobet (var. lect. p. 154) probare vult, „quam sit Aeschines emblematis omne genus interpolatus et quam festinanter et ἀκρίτως Bekker in hac quoque parte deteriores libros in constituenda Aeschinis oratione secutus fuerit, spretis multo melioribus.“ Huic opinioni assentitur Weidner [5]) ratus illi loco parvum additamentum inhaerere. Verum non modo hunc locum (3, 156), sed etiam duos alios, qui supra in medium producti sunt (1, 87 et 1, 70), mutant illi et scribunt πρὸς Διὸς καὶ θεῶν. Contra disputat Franke non esse, cur Cobet illum locum (3, 156) moleste ferat. Praeterea Baiter-Sauppe et Mueller (in edit. Paris.) Bekkeri scripturam receperunt. Et vero prudenter. Iniuria enim et ex libidine illi viri mutaverunt locum in orat. 1, 70, ubi non est varia lectio, nisi quod unus liber l omittit articulum τοῦ, quod in omnium librorum consensu nullius momenti est. Nec minore iniuria codicum

---

[1]) In or. 18, 256 Bekker contra cod. Σ retinet καὶ θεῶν, quod ego omissum volo, ut haec sit scriptura: πρὸς Διός.

[2]) τῶν om f h.

[3]) τοῦ om. l.

[4]) τῶν ἄλλων om. e h k l, ἱκετεύω ὑμᾶς post Ἀθηναῖοι ponunt e h k l; μή om. e h k l.

[5]) A. Weidner (Aeschinis in Ctes. oratio) proleg. p. XVII.

auctoritatem contempserunt in or. 1, 87, quo loco duo libri a reliquis discrepant articulo τῶν omisso. Comparari igitur oportuit dubium illum locum (3, 156) cum hisce duobus minime ambiguis atque ita tractari, ut lectio plurium eorumque bonorum codicum teneretur. Quod Cobet formulam πρὸς Διὸς καὶ θεῶν dicit tam frequentem fuisse in Attica quam ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, equidem etiamsi hoc prorsus non impugno, tamen illud monuerim, ex omnibus oratoribus unum Demosthenem hac breviore formula usum esse, Aeschinem contra prolixiore illa ὦ γῆ καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες καὶ ἄνθρωποι (3, 137) iterumque ὦ γῆ καὶ ἥλιε καὶ ἀρετὴ καὶ σύνεσις καὶ παιδεία (3, 260), quam loquacitatem ipse Demosthenes perstrinxit.[1]) Quid ergo? Illos locos mutavere Cobet et Weidner, hos non mutabunt? Hanc viam si ingrediaris, multa profecto eicienda sunt ex Aeschineis orationibus. Ecce tibi formula μὰ Δία! Quae brevitas quamvis frequens apud Atticos fuerit, tamen hic idem Aeschines tribus locis decantat μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον (1, 55, 76 — 3, 255). Quid plura? Enimvero permulta, quae a quovis auctore minus eleganter enucleateque scripta esse videntur, cuiusque proprio scriptoris sermoni ac non librorum mendis aut suppositis tribuas necesse est. Sed haec mittamus!

Praeter Aeschinem longiore composita formula utitur (Ps) Demosthenes uno loco ep. V p. 1490, 2: δέομαι δή σου πρὸς Διὸς ξενίου καὶ πάντων τῶν θεῶν (cf. supra).

Semel leguntur haec iuramenta:

πρὸς θεῶν καὶ δαιμόνων apud Isae. 2, 47,

πρὸς τῶν θεῶν καὶ δαιμόνων apud Dem. 42, 17.

Hanc formulam Demosthenicam esse G. H. Schaefer (app. cr. V p. 67) negat. Ac vero orationem contra Phaenippum spuriam esse omnes viri docti consentiunt (cf. Blass. III, 1 p. 449).

Similitudinem quandam habent gravissimae illae preces, quibus Lysias (4, 20 — 20, 36) et Demosthenes

[1]) Dem. or. 18, 127 ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ βοῶντα· ὦ γῆ . . .

(28, 20) iudices per liberos, mulieres etc. auxilium orant (cf. supra).

Postremo illud moneam has formulas saepe augeri vocabulo φέρε, ut φέρε πρὸς τῶν θεῶν apud Dem. 35, 44. Pariter Lys. 19, 34;

φέρε γὰρ πρὸς Διός apud Dem. 8, 34; praeterea 20, 157 — 24, 157, — 23, 106 — 25, 25 — 20, 66 — 15, 26;

φέρε δὴ πρὸς θεῶν apud Dem. 21, 58 — 25, 72. Similiter Aesch. 1, 79, 87.

Etiam particula ἀλλὰ nonnunquam additur, ut ἀλλὰ πρὸς θεῶν apud Dem. 3, 17; pariter 18, 120. Praeterea Lys. 19, 54; Aeschin. ep. 2, 5.

His absolutis quaeritur nunc, quae exclamationes casu vocativo pronuntiatae plurium oratorum communes sint.

Eius generis formulas omnino usurpari ab Antiphonte, Dinarcho, Aeschine, Demosthene supra vidimus.

Atque omnium brevissima exclamatio Ἡράκλεις non reperitur nisi apud Demosthenem tribus locis 9, 31 — 19, 308 — 21, 66.

ὦ Ἡράκλεις (cum interiectione) utitur Dinarchus (1, 7) et Aeschines duobus locis (1, 49 — 3, 21).

ὦ Ζεῦ uno loco exstat apud Dem. 19, 113.

ὦ θεοί item uno loco apud (Ps) Aeschinem ep. 12, 3.

ὦ πάντες θεοί habet Demosthenes tribus locis: 6, 37 — 9, 76 — 18, 324.

ὦ Ζεῦ καὶ θεοί legimus tantummodo apud Dem. sedecim locis (cf. supra).

ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοί usurpatur a Demosthene (19, 15) et ab Antiphonte 6, 40 (ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ πάντες).

ὦ δέσποιν' Ἀθηνᾶ καὶ Ζεῦ σῶτερ Dinarchus habet 1, 36.

ὦ γῆ καὶ θεοί non reperitur nisi in orationibus, quae Demosthenis esse feruntur, atque hoc quindecim locis (cf. supra).

Uberiores id genus exclamationes Aeschines solus **usurpat** duobus locis, de quibus supra dictum est:

3, 137 ὦ γῆ καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες καὶ ἄνθρωποι ...
3, 260 ὦ γῆ καὶ ἥλιε καὶ ἀρετὴ καὶ σύνεσις καὶ παιδεία.

Finita autem et absoluta hac formularum comparatione priusquam reliqua porro tractentur, mihi liceat eis, quae de communi earum usu exposita sunt, pauca subicere.

Ex omnibus igitur oratoribus Demosthenem his precibus et iurandis maxime delectatum esse antea demonstravimus. Sed quamvis magna earum rerum copia et varietate abundet, tamen vel in minutis rebus certas leges eum sequi facile apparet. Nimirum prae ceteris hic orator in illis formulis appetens erat brevitatis, ut et articulum omitteret (μὰ Δία, νὴ Δία, πρὸς Διός, πρὸς θεῶν, πρὸς Διὸς καὶ θεῶν, Ἡράκλεις) neque consectaretur vocabula ampla sermonemque ornantia, Ὀλύμπιον, σῶτερ, alia. Huic autem dissimillimus exstitit Aeschines, qui quemadmodum omnino ad orationis tumorem propendet verborumque strepitum amat, ita in his quoque iuramentis latiora illa μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον, ὦ γῆ καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες ... et excelsiora νὴ τὸν Ποσειδῶ, μὰ τὸν Διόνυσον, alia id genus sibi delegit, ut etiam hac ex parte verum sit illud Ciceronis: „sonitum Aeschines, vim Demosthenes habuit.“ [1])

Tertium est propositum, ut quae in his formulis ad grammatica pertineant, demonstrem.

Atque ut exordiar a particulis μά, ναὶ μά, νή: vocabuli μά origo et primaria significatio duplici modo explicatur. Ducit enim ex Hartungi [2]) quidem sententia originem a sanscritica particula mâ (Dorice μή), ut si ita esset, eandem negandi vim haberet quam οὐ. Sed res aliter se habere videtur. Namque insitam negationem si hoc vocabulum contineret, quomodo fieri poterat, ut cum particula ναί coniunctum affirmationem efficeret? Haec ipsa coniunctio ναὶ μά documento est vocabulum μά antiquitus neque negandi neque affirmandi vim

[1]) Cicero, de oratore III, 7.
[2]) Hartung, griechische Partikeln II p. 89 et 108.

habuisse et unam aut alteram ita demum consecutum esse, ut accederet particula ναί aut οὐ. Quae cum ita sint, probabilius esse videtur, quod Naegelsbach[1]) statuit, cum dixit hoc vocabulum derivandum esse a particula μήν (μάν, μέν).[2]) Quo concesso tum vero liquet, qua ratione alicuius numinis casus accusativus adiciatur. Neque enim dubitaveris, quin in his formulis verbum ὄμνυμι simul audiatur. Hunc enim casum non a vocabulo μά, velut praepositione (Latine per Iovem — scilicet iuro —) pendere ex eo intellegas, quod Dorienses hac particula omissa tamen ναὶ τὼ σιώ cum accusativo dicebant. Sed haec hactenus!

Proximum est, ut qua ratione iuramenta negativavocabulo μά conformentur, paucis exponam. Atque Homerus sive dedita opera sive casu, ita componere solebat haec iuramenta, ut particula οὐ antecederet hoc vocabulum μά simulque altera negatio priorem exciperet;[3]) posteriores autem scriptores hac lege neglecta modo anteponebant aliquam negativam, modo postponebant. Iam vero pro explorato habere possumus Graecos, cum hanc particulam μά vocabulo ναί orbatam aut oculis aut auribus percepissent, ilico aliquid negatum iri intellexisse. Quo factum est, ut eius generis iuranda, velut μὰ Δία, nulla negatione collocata efficerent ipsa per se responsum negativum.[4]) Atque haec res, ut aliquando veniamus ad oratores, tantummodo reperitur apud Aeschinem uno loco 1, 88: τί οὖν, ἀπέφυγον οἱ κρινόμενοι; μὰ τὸν Ἡρακλέα, ἐπεὶ θανάτῳ ἐζημιώθησαν. Consentanea autem haec locutio est illis, quae Reisig (coniect. in Aristoph. lib. I p. 106) de hac re perspexit in Aristophanis comoediis. Is enim: „Iurandi autem formulae μὰ τὸν Δία, μὰ τὼ

---

[1]) Naegelsbach (Anmerkungen zur Ilias, 3. Aufl. 1864) ad α 86, p. 45.

[2]) Huic opinioni non dubitat assentiri Autenrieth (Wörterbuch zu den homerischen Gedichten, 3. Aufl. 1881), ad voc. μά p. 195.

[3]) Naegelsbach (Anmerkungen zur Il.) p. 46.

[4]) Kuehner II, 2 p. 699.

θεώ etc. sine οὐ particula ab Aristophane non dicuntur, nisi aut personae respondeatur, quae cum negatione aliqua interrogaverat, aut ipsam iurandi formulam particula adversativa excipit, vel enuntiatio certe aliqua cum negatione." [1])

Ceteri omnes id genus loci, qui quidem apud hos oratores inveniantur, aliquam negativam particulam habent, quae antecedit iurandi formulam aut sequitur aut sic iteratur, ut priorem negativam altera subsequatur. Hoc autem mihi videor animadvertisse negativam saepius postponi atque omnino ad ipsa iuramenta adeo inclinari, ut quam artissime cum eis copuletur, nisi forte aliquod vocabulum gravioris momenti aut brevis sententia intercedit. Hoc etsi saepe fit, tamen ut ne molestus sim, paucis eisque loculentis exemplis illustrare satis habebo. Demosthenes quidem 54, 36: οὐδ' ἂν εἰπεῖν μὰ τοὺς θεοὺς δυναίμην. Aeschines 1, 76: οὐ γὰρ ἔχω μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον, τίνα τρόπον εὐφημότερον μνησθῶ. Demosthenes 21, 205: οὐχ οὕτω τούτῳ χαρίσασθαι μὰ τοὺς θεοὺς βουλόμενοι.

Cum autem iuramenta, sicuti modo demonstratum est, a suis negativis dirimuntur, altera negatio, nisi ipso sensu exigitur, ab his quidem oratoribus nunquam collocatur. Verum accidit, etsi perraro, sed tamen accidit, ut librarii falso opinantes, nunquam non dictum esse οὐ μὰ Δία (οὐ μὰ τοὺς θεούς, alia id genus), alteram negativam intercalarent. Quod est apud Dem. 18, 208: ἀλλ' οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, ὅπως ἡμάρτετε ... μὰ τοὺς Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, ubi unus cod. Σ hanc rectam lectionem conservavit, cum ceteri omnes tradant ... οὐ μὰ τοὺς Μαραθῶνι ... At quis est, qui non sentiat, hoc loco fore ut negatio superior iterationis figura pulcherrime amplificata admodum debilitaretur vocabulo οὐ male repetito? Neque minus perperam haec particula οὐ paucis deterioribus libris denuo interponitur his locis apud

---

[1]) Idem statuit Kuehner de Xenophontis sermone (memorab. 1862, I, 4, 9) et de Platonis Stallbaum (Gorg. 489 E).

Dem.: 4, 49 — 8, 28 — 25, 41. Iteratur igitur hoc vocabulum οὐ non amplius quattuor locis idque codicibus minoris fidei, quod cur tantopere urgeam, audies. Est enim in hac brevi formula μὰ Δία alia particulae οὐ iteratio, quae quoniam ad certam legem revocatur, nihil offendit. Οὐ μὰ Δί' οὐ haec locutio est, in qua ipsi oratores de industria et eo consilio repetunt particulam οὐ, ut ea, quae negantur, ad maiorem vim perducere possint.

Atque haec iterationis figura legitur apud Demosthenem his minime ambiguis locis: 19, 212 οὐ μὰ Δί' οὐκ ἀπηγόρευε . . . Praeterea 19, 285 — 21, 25 — 22, 33 — 24, 28, 157 — 29, 59 — 43, 52 — 52, 14 — exord. 35, 25. Accedunt 18, 307 οὐ μὰ Δί' οὐκ ἀποστάντα (οὐκ om. F) et 56, 38 οὐ μὰ Δί' οὐ ταῦθ', ἃ σὺ λέγεις (οὐ post Δί' om. r — διὰ ταῦτα F Σ Φ, de qua dittographia v. infra). In his duobus locis levissima librorum varietas nihil ad rem.

Praeter Demosthenem hac iteratione usi sunt Isaeus duobus locis: 11, 35, 35 et Hyperides uno loco in or. pro Euxen. XX, 15. Quod quamquam omnes fere huius generis loci omnium librorum consensu nituntur, nihilo setius G. H. Schaefer (app. cr. II p. 379) uno loco (19, 212) excepto reliquos omnes sic mutatos vult, ut altera negativa post Δία collocata omittatur, propterea quod librarii persaepe hac in formula negativam iterantes orationem gravavissent. Quam opinionem in errore esse supra demonstravimus. Ac profecto nihil est, quare particulam οὐ his locis repetitam moleste feramus. Pronuntiantur enim cogitata maxime inter se contraria, quae tali negativae iteratione mirifice acuuntur. Accedit, quod maior earum formularum numerus reperitur in orationibus vere Demosthenicis, a quo oratore illam figuram saepissime usurpatam esse non ignoramus. Hoc loco quis est, cui non ob oculos versetur vocabulum ἐστί millies repetitum, cuius rei multa exempla congessit Rehdantz (Ind. p. 165), in quibus ἔστι γὰρ ἔστι (16, 24), ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι (18, 24). Addo de meo alia eaque insignia exempla: ἴσως, ἂν ἴσως

(3, 33), τοῦτο γὰρ τοῦτ' οὐκ ἔχον (21, 119), οὐ μέτεστιν, οὔ. (21, 112) etc. Quibus de causis non est, cur illos locos mutemus.

Restat, ut alium eiusmodi locum a Voemelio non bene emendatum attingam. Legitur enim apud Dem. 56, 38 in codd. F Σ Φ: οὐ μὰ Δί' οὐ διὰ ταῦθ' ἃ σὺ λέγεις, quo loco vocabulum διά, quod nonnulli librarii sive verborum sensu male perspecto sive oculorum lapsu id est dittographia addiderunt, a recentioribus criticis recte amotum esse nemo non intellegit. Unus autem Voemel, ut servaret libri Σ scripturam, ita (in editione Paris.) scripsit: οὐ μὰ Δί', οὐ Δία ταῦθ' ἃ σὺ λέγεις ..., rem vix tolerandam. Nam vehementius si quis iurare voluisset, hoc inusitato iureiurando misso pleniorem, credo, formulam electurus fuit.

Quodsi exploratum habemus, particulam μά non collocari nisi in elocutionibus negativis, Voemel et Westermannus haud feliciter tractant alium locum apud Dem. in or. 54, 6, ubi variant codices. Est enim in codd. F Σ Φ k r scriptum: ἦν ἡμῖν, οἷον εἰκός, ἐκ τούτων ὀργὴ καὶ ἔχθρα πρὸς ἀλλήλους μὰ τοὺς θεούς. οὐ μὴν ἔγωγε ᾤμην δεῖν ... In reliquis autem ita: ... ὀργὴ καὶ ἔχθρα. οὐ μὴν ἔγωγε μὰ τοὺς θεοὺς ᾤμην δεῖν ... Hanc scripturam Bekker recepit, illam Voemel et Westermannus. Horum autem scriptura non est ferenda, propterea quod μά in affirmatione esset. [1]) Sed ut optimo libro Σ quam maxime appropinquemus, equidem Baiteri et Sauppi distinctionem probo cumque eis ita scribendum esse censeo: ... ὀργὴ καὶ ἔχθρα. μὰ τοὺς θεοὺς οὐ μὴν ἔγωγε ᾤμην δεῖν ...

---

[1]) Μά particulam non in affirmatione dici posse docent omnes ad unum grammatici, quo in numero Buttmannus (20. Aufl. 1858) p. 499, Kuehner II 2 p. 699, quibuscum alii viri docti consentiunt, ut Bornemannus (Xenoph. conviv. Lips. 1824, p. 107): „μὰ Δία, quod ut affirmativum apud bonos certe scriptores nunquam non suspectum est." Schroeder (Programm p. 11): „μά in affirmante iureiurando ponere non addito adverbio ναί senescentis et extremae Graecitatis est."

Ex eo quod particula μά semper infitiandi vim habet, sequitur, ut ea non possit usurpari nisi in illis enuntiatis, quibus aliquid esse vel fieri negamus, quaeque enuntiata Germanice „Behauptungssätze" dicuntur. Atqui exstant duo loci, ubi eiusmodi iuramenta posita esse videmus in sententiis imperativis. Sed re diligentius considerata intellegemus, iurandi formulas non tam ad ipsum imperativum modum pertinere quam ad sententiam ex imperativo aptam. Quod fit apud Dinarch. 2, 3: οὐ γὰρ δὴ μὰ τὸν Ἡρακλέα βελτίω γενήσεσθαι αὐτὸν προσδοκᾶτε. Hoc loco ne iuramentum ad imperativum referamus, et negativa particula οὐ et ipsa iurandi formulae collocatione prohibemur. Negat enim orator Herculem contestatus meliorem unquam reum esse evasurum; imperativo autem sublato hic fere sensus foret: οὐ γενήσεται μὰ τὸν Ἡρακλέα βελτίων. Pariter explicari potest alter eius generis locus apud Dem. 14, 38. Similiter duobus aliis locis (apud Din. 1, 77 δεῖ ... ὑμᾶς ... μὴ μὰ Δία τὸν πλείω χρόνον ... κοινωνεῖν et apud Dem. 23, 48 προσῆκε προσγράψαι ... μὴ μὰ Δί' αὐτὸ τὸ ὄνομα εἰπόντα ... προσγράψαι) formula μὰ Δία non ad infinitivum modum referenda est, verum ad ipsa vocabula δεῖ et προσῆκε, ut sensus sit: οὐ μὰ Δία δεῖ (προσῆκε).

Iam vero congruenter eis, quae supra exposita sunt, haec iuramenta nunquam accedere possunt ad interrogationes; in responsis autem inveniuntur, ut res ipsa, quae subest interrogationi, perfracte negetur. Quo in genere est illud iurandum, de quo supra diximus, in Aeschinea oratione 1, 88: τί οὖν ἀπέφυγον οἱ κρινόμενοι; μὰ τὸν Ἡρακλέα, ἐπεὶ θανάτῳ ἐζημιώθησαν. Praeterea in responsis haec iuramenta negatione addita solus Demosthenes usurpat, ut 1, 19 σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά; μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. — 4, 25 εἰρήνην ἄγετε ...; μὰ Δί' οὐχ ἡμεῖς γε, ἀλλὰ Φιλίππῳ πολεμοῦμεν. — 19, 141 ἆρα καὶ μόνα ταῦτα; οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ἔτι πρὸς τούτοις ... 56, 38 ἡ δὲ συγγραφὴ τί λέγει; οὐ μὰ Δί' οὐ ταῦθ' ἃ σὺ λέγεις, ... ἀλλ' ἐάν ... — 24, 125 ... αἰσχρὸν ἴσως ἦν δεθῆναι ἢ

Γλαυκέτην . . .; οὐ μὰ τὸν Δί', ὦ ἄνδρες δικασταί, ἀλλὰ πολὺ αἴσχιον . . . Haec exempla a vocabulo ἀλλά non alteram interrogationem, sed contrariam sententiam duci luculenter declarant. Perperam igitur Bekker, quem Dindorf et Baiter-Sauppe[1]) secuti sunt, hunc locum apud Dem. (4, 11) interpungit: τέθνηκε Φίλιππος; οὐ μὰ Δί'. ἀλλ' ἀσθενεῖ; Recte autem Bremi[2]): τέθνηκε Φίλιππος; οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ἀσθενεῖ. Haec verborum distinctio, quae Voemelio quoque probatur, ad ipsum colloquium inter homines otiosos alacresque habitum optime accomodatur.

Sed ut redeam, unde egressus sum: uno loco ad responsum longior quoque formula (μὰ τοὺς θεούς) additur in or. 16, 13.

De reliquo particulae μά usu dicatur, bis indicari formula μὰ Δία subiectionis figuram (apud Dem. 8, 17 et Isae. 4, 24), cuius figurae indicem multis aliis locis formulam νὴ Δία esse infra videbimus.

Postremo autem illud adiciendum esse videtur haec iuramenta vocabulo μά conformata nunquam dici cum irrisione, quae vis saepissime inest in brevi formula νὴ Δία.

De formula ναὶ μά . . .

Ναί particula, quae perantiqua et semper affirmans est, etiam extra iuramenta apud Atticos[3]) praesertim scriptores frequentem in usum venerat. In iuramentis autem ipsa per se haec particula ab unis Doriensibus[4]) ponebatur (ναὶ τὼ σιώ, ναὶ τὸν Ἑρμᾶν); Attici contra coniungere solebant ναὶ μά, quae formula antiquissimo tempore in Attica non minus viguisse fertur[5]) quam posteriore aetate vocabulum νή ductum ab illa particula ναί.

---

[1]) Baiter-Sauppe, orat. Attici, Turici 1838—1850.

[2]) Bremi, Demosthenis or. selectae, Gothae 1829.

[3]) Kuehner II 2 p. 698 squ.

[4]) Eustath. ad Il. 1 v. 234 (p. 92): Ἰστέον δέ, ὅτι παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν εὕρηται ἐξ ὀρθοῦ ὁρκωμοτικὸν ἐπίρρημα τὸ ναί, οἷον ναὶ τὼ σιώ, καὶ τάχα ἐκ τούτου μάλιστα τὸ νὴ ὁρκωμοτικὸν ἐπίρρημα γέγονε.

[5]) Schroeder (Programm), p. 12.

Ex decem autem oratoribus unus Isaeus eiusmodi iuramentum (ναὶ μὰ Δία) ter usurpavit in eadem or. III 25, 39, 49 (cf. supra), ubi haec formula in responsis collocata efficit, ut sententia, quae est in superiore negativa interrogatione, cum vi affirmetur.

De particula νή.

Pro ναὶ μά posteriore tempore Atticos νή dixisse iam supra expositum est. [1]) Itaque iuramenta, quae vocabulo νή [Sanscritice na, [2]) Latine nē, nae [3])] composita sunt, non collocari nisi in sententiis affirmativis grammatici docent. In quibus Kuehner (II, 2, p. 698), qui hac de re aliis uberius disserit, fieri posse negat, ut νή in iuramentis negativis locum teneat.

Atque in orationibus, quae decem oratorum esse traduntur, pleniores quidem formulae, velut νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, νὴ τοὺς θεούς, aliae id genus semper in affirmatione reperiuntur nec minus affirmans est formula νὴ Δία, si modo exprimit gravius iuramentum; sin autem magis adverbii loco usurpatur (Latine at enim, scilicet, mehercule, Germanice natürlich, freilich), tum vero paulum deflectere videtur ab insita illa et propria vi affirmandi. Quamquam in hoc ipso videndum, ne fallax sit et opinata negatio. Leguntur enim elocutiones, quae etiamsi totae in affirmatione sunt, tamen ideo prae se ferunt negativam speciem, quod ad singula verba accedit aliqua particula negativa. Quod fit apud Dem. 31, 10 ἀλλὰ νὴ Δί' ἴσως οὐχὶ πάντ' αὐτῷ ταῦτα πέπρακται. Similiter 6, 13. Huc pertinet aliud quoque iuramentum apud Dem. 19, 262 ταῦτα νὴ τὴν Δήμητρα, εἰ δεῖ μὴ ληρεῖν, εὐλαβείας οὐ μικρᾶς

---

[1]) Eustath. ad Il. 1, v. 234 (p. 92): „Ὁ ποιητής . . . τὴν δὲ τοῦ νὴ χρῆσιν μὴ ἔχων τότε ἐγνωσμένην τῷ ναὶ ἀντ' αὐτοῦ ἐχρήσατο . . . καὶ δίδωσιν ἀφορμὴν ἡμῖν ὑπονοεῖν, ὡς ἐντεῦθεν ὕστερον τὸ νὴ ἐπίρρημα γέγονε."

[2]) Hartung II p. 89.

[3]) Kuehner II 2 p. 698.

δεῖται, quo loco revera librarii quidam particula οὐ decepti scripserunt μὰ τὴν Δήμητρα.[1])

Accedunt complures alii loci, in quibus formula νὴ Δία cum negatione coniuncta minime offendit, veluti apud Dem. 45, 11: τοῦ τις ἂν ἔφευγεν ἀνοίγειν τὸ γραμματεῖον; ἵν' ἡ διαθήκη νὴ Δία μὴ φανερὰ γένοιτο τοῖς δικασταῖς. Hoc enim loco formula νὴ Δία referenda est non ad suam ipsa sententiam, verum ad ea verba, quae antecedunt, ut sensus sit: ἔφευγε νὴ Δία ἀνοίγειν τὸ γραμματεῖον, ἵνα . . . Iam vero in specie posita est negatio in elocutione condicionali apud Dem. 8, 7: πλὴν εἰ μὴ τοῦτο λέγουσι νὴ Δία, ὡς . . . et apud Lycurg. § 140 εἰ μὴ νὴ Δία ταὐτὰ τῇ πατρίδι καὶ τούτοις ἐστὶ συμφέροντα.

Restant autem duo alii loci aliquanto difficiliores, ubi νὴ Δία in elocutione negativa positum est. Hyperides enim in or. pro Euxen. col. XXVI: ἀλλὰ νὴ Δία αὐτὸς τοιούτῳ πράγματι οὐ κέχρησαι. Sed haec quoque negatio fallax esse videtur. Ac primum monendum est hoc loco a Blassio distinguendi signo bene mutato restitutam esse interrogationem, quae cum ad superiores sententias interrogativas tum ad ea, quae sequuntur, aptissima esse videtur. Interrogationem verum si statueris, tota verborum comprehensio hunc affirmativum sensum habebit: „Nonne tu ipse tali opera usus es?“ id est: „Tute ipse, per Iovem, tali opera usus es.“ Quam ob rem nihil est, cur pro formula νὴ Δία scribamus μὰ Δία, quod Blassio dissentiente Cobet fecit, propterea quod saepius scribae νὴ Δία et μὰ Δία aliud agentes inter se confudissent (nov. lect. p. 651). At hoc minime cadit in decem oratorum codices. Nam quamvis multa, mehercule multa exstent iuranda μὰ Δία et νὴ Δία, tamen nusquam ea confunduntur.

Nec magis a codicum scriptura recedendum esse existimo in altero eiusmodi iuramento apud Demosthenem 54, 34: ἀλλὰ νὴ Δί' οὐκ εἰσὶ τοιοῦτοι. Est enim hoc loco

[1]) νὴ F Σ Υ r t u v; ceteri μά.

subiectionis, quae dicitur, figura, qua subito aliquid novi sive ab adversariis sive ab eo ipso, qui loquitur, ad refutandum opponitur.[1]) Quod etiamsi ipse Demosthenes in alia negativa subiectione usus est formula μὰ Δία (8, 17 ἀλλὰ μὰ Δί' οὐχ ἥξει) pariterque Isaeus (4, 24 μὰ Δί' ἀλλ' οὐκ ἔστιν . . .), tamen hoc nobis tenendum est subiectionis certum iustumque indicium, id quod sexcentis aliis locis comprobatur, formulam νὴ Δία fuisse, cuius iurativa vis in hac certe figura plane extabuisse videtur. Quo fit, ut haec formula interiective posita usurpetur non magis vere quam cum dissimulatione sive ironia idque in quavis enuntiatione, condicionali, interrogativa, exhortativa,[2]) quod idem neque vocabulo μά neque gravioribus particulae νή iuramentis neque ipsi formulae νὴ Δία pro vero iuramento collocatae conceditur.

Accedit alia res, quae obstat, ne illum locum (54, 34) temere mutemus. Nostro enim iure ne hoc quidem loco formulam νὴ Δία in negatione esse nobis contendere licet. Constat enim haec subiectionis figura, quae a Graecis ὑποφορά nominatur, si plena et integra est, ex quattuor partibus, protasi, hypophora, antiprotasi, lysi, quas partes Hermogenes (III 110) hoc exemplo illustrat: Φίλιππος ἔλεγεν (protasis), ὡς κτήσαιτο . . . (hypophora)· τοῦτον δὲ τὸν λόγον οὐ χαλεπόν ἐστιν αὐτοῦ ἀφελέσθαι (antiprotasis), πάντες γὰρ . . . (lysis).[3]) Quodsi addita est protasis, ambigitur, utrum formula νὴ Δία cum hac protasi coniungenda sit an cum ipsa hypophora. Et cum protasi haud dubie coniungas hoc quidem

---

[1]) Auctor ad Herenn. lib. IV c. 23: „Subiectio est, cum interrogamus adversarios aut quaerimus ipsi, quid ab illis aut quid contra nos dici possit: deinde subicimus id quod dici oportet aut non oportet aut nobis adiumento futurum sit aut obfuturum illis e contrario."

Hac de figura, quippe quae saepissime indicetur formula νὴ Δία, fieri non potest, quin copiosius posthac disseram.

[2]) In exhortatione legimus hanc formulam apud Dem. 20, 75: Εἶεν. ἀλλὰ νὴ Δία τὸν παῖδα τοῦ Χ. περιίδωμεν ἀφαιρεθέντα τὴν ἀτέλειαν.

[3]) Pulchrum eius rei exemplum Demosthenes profert in or. 16, 13.

loco apud Dem. 20, 3: ἀλλὰ νὴ Δί' ἐκεῖνο ἂν ἴσως εἴποι, ὅτι διὰ τὸ ῥᾳδίως ἐξαπατᾶσθαι τὸν δῆμον, διὰ τοῦθ' οὕτως ἔθηκε τὸν νόμον. Pariter ad protasin illa formula referenda est hoc quoque loco apud Dem. 21, 222: θάρρει, νὴ Δία φήσειέ τις ἄν, atque hanc rectam distinctionem unus Voemel restituit, cum ceteri omnes scribant: θάρρει νὴ Δία, φήσειέ τις ἄν. Sed ut redeamus ad id, quod in medio relictum est: protasis cum posita est, formula νὴ Δία pertinet fere ad illam; sin autem omissa est haec pars, nihilo setius haec formula relinquitur in elocutione subiecta, quae quominus negativa sit aut habeat certo sensum negativum, nihil obstat, ut apud Andoc. 3, 15 ἀλλὰ νὴ Δία, ἕως ἂν Λακεδαιμονίους καταπολεμήσωμεν . . . δεῖ πολεμεῖν; Sed ut lumen afferatur verborum obscuritati, illum locum (54, 34) exempli causa denuo in medium producam idque protasi adiecta: ἀλλὰ νὴ Δία [εἴποι τις ἄν], οὐκ εἰσὶ τοιοῦτοι. Protasi sublata relinquitur: ἀλλὰ νὴ Δί', οὐκ εἰσὶ τοιοῦτοι. Quod quoniam supplendae protasi formula νὴ Δία tribuenda est, in negatione eam positam parum proprie dicas. Quae cum ita sint, cavendum, ne contra librorum auctoritatem, id quod Cobet fecit, hunc locum mutemus et μὰ Δία scribamus.

Haec autem brevis formula νὴ Δία a Demosthene saepissime usurpatur in subiecticne, ut falso adnotet scholiastes ad p. 731, 19 (or. 24, 99): τῷ γὰρ νὴ Δία πανταχοῦ ὁ ῥήτωρ ἐπὶ διασυρμῷ χρῆται. Quare de hoc usu pauca exponere mihi liceat!

Ac suo iure Rehdantz (Ind. I p. 186) subiectionem dicit permultis locis indicari gravi et aucta formula ἀλλὰ νὴ Δία, quam designat G. H. Schaefer (app. cr. IV p. 584) sollemnem illius figurae indicem. Ac profecto hanc formulam si animadverteris, subiectio modo vera modo falsa subsequitur aut certe aliqua res adversariis prospera, quae refringatur, veluti apud Demosthenem 6, 13 ἀλλὰ νὴ Δί', εἴποι τις ἄν, ὡς πάντα ταῦτ' εἰδώς, οὐ πλεονεξίας ἕνεκεν . . . ταῦτ' ἔπραξεν. Praeterea 8, 9 — 10, 73 — 13, 28 — 16, 6 — 19, 158 — 20, 3, 20, 58, 75 — 21, 160

— 22, 69 — 23, 61 — 24, 99, 125, 176, 202 — 25, 42, 67, 77, 78 — 31, 10 — 33, 25, 37 — 36, 39 — 49, 64 — 52, 26 — 54, 34 — ep. 4, 1488.[1])

Addo 8, 17: ἀλλὰ μὰ Δί' οὐχ ἥξει.

Iam vero nonnunquam in hac formula inter ἀλλά et νὴ Δία id vocabulum intercedit, ad quod potissimum orator audientium animos intendere studet, veluti 6, 14: ἀλλ' ἐβιάσθη νὴ Δία. praeterea 24, 37 ἀλλὰ γράψασθαι νὴ Δία ἕκαστόν ἐστιν ... 24, 126 ἀλλὰ Μελάνωπος δεινὸν νὴ Δί' ἐστὶν ...

Inversione quadam particula ἀλλά subsequitur iuramentum νὴ Δία, quod est in or. 18, 117 νὴ Δί' ἀλλ' ἀδίκως ἦρχα; Pariter 19, 272 — 23, 64 — 39, 32 — 44, 55. Addo 32, 29, quem locum Bekker ita interpunxit: εἰ δὲ σεσυκοφάντηκας, οὐ περιεργαζόμεθα νὴ Δία. ἀλλ' ἐκποδὼν ἐστιν ἄνθρωπος, quae interpunctio ob hoc ipsum reicienda est, quod formula νὴ Δία veri iuramenti loco posita in negativa sententia nullo modo admittitur. Recte igitur Voemel (in edit. Paris.): ... οὐ περιεργαζόμεθα. Νὴ Δία, ἀλλ' ἐκποδὼν ἐστιν ἄνθρωπος, qua elocutione subiectio continetur.

Iam vero cum simplici formula νὴ Δία in subiectione nonnunquam coniungitur confirmativum[2]) adverbium γάρ (Latine at enim), quod fit in or. 19, 285: νὴ Δί' οἱ νέοι γὰρ ἡμῖν ἔσονται βελτίους. Pariter 20, 56 — 23, 166 — 40, 32. Quo in numero Voemel recte etiam hunc locum reponit: 8, 16 οὐκοῦν ἡμῶν μὲν δὴ δυναμένων ἐνθένδ' ἀναπλεῦσαι ... οὐδὲν αὐτοὺς ἀπολωλέναι κωλύσει. νὴ Δία, κακοδαιμονοῦσι γὰρ ἄνθρωποι καὶ ὑπερβάλλουσιν ἀνοίᾳ. πάνυ γε, ἀλλ' ὅμως ... Alii viri docti, Reiske, G. H. Schaefer (app. cr. I p. 499) referunt νὴ Δία ad superiorem sententiam. At referendum est ad subiectionem, quae sequitur.[3])

[1]) De paucis eiusmodi exemplis apud ceteros oratores v. infra.

[2]) Kuehner II, p. 724 (γάρ est confusio vocabulorum γέ et ἄρα).

[3]) Huic loco subiectionem subesse etiam A. Schaefer (Demosthenes und seine Zeit) II p. 427 his verbis affirmat: „Aber die Menschen sind ja vom bösen Geist besessen und rein ver-

Simplex autem formula νὴ Δία ipsa per se subiectionem indicat his locis: 8, 7 πλὴν εἰ μὴ τοῦτο λέγουσι νὴ Δία, ὅτι ... Praeterea 13, 16 — 19, 235 — 23, 107 — 25, 77, 79 — 41, 12.

Persaepe autem subiectio ita conformatur, ut ipse orator loco et nomine eorum, quos de aliqua re interrogavit, respondeat et ipsum responsum continuo refellat atque refutet. Quod si est, responsum hac simplici formula νὴ Δία indicatur et valde augetur. Huc pertinet 4, 10: πότε ἃ χρὴ πράξετε; ἐπειδὰν τί γένηται; ἐπειδὰν νὴ Δί' ἀνάκγη τις ᾖ. Pariter 8, 51 — 10, 27 — 14, 12 — 21, 98 — 20, 38, 161 — 35, 48 — 37, 27 — 39, 14 — 40, 26 —44, 33, 50, 55.

Iam vero saepe fit, ut in hoc subiectionum genere gravissimum quodque vocabulum hac formula νὴ Δία retardationem quandam efficiente perducatur ad maiorem vim pondusque, veluti 18, 101 τί ἔμελλον ... συμβουλεύσειν αὐτῇ ποιεῖν; μνησικακεῖν νὴ Δία πρὸς τοὺς βουλομένους σώζεσθαι ... Praeterea 8, 17 — 19, 222 — 21, 41, 89, 99, 149, 222 — 23, 124 — 25, 7, 81 — 38, 11 — 39, 9 — 37, 50 — 45, 11 — 58, 64.

Extremum illud est, ut moneam hanc formulam νὴ Δία apud Demosthenem et in his responsis et in ceteris subiectionibus persaepe irrisionem quandam habere nunc acrem nunc leniorem. Et haec quidem de Demosthene.

Apud ceteros autem oratores perraro reperimus haec subiectionis indicia. Usurpatur enim formula ἀλλὰ νὴ Δία ab Andocide 3, 15 et ab Isaeo duobus locis: 3, 73 — 4, 20.

Νὴ Δία in usu est apud Isaeum duobus locis: 3, 24 — 7, 33; apud Din. 2, 8; apud Hyperidem in or. pro Euxen. c. XXVII, 15; apud Aeschin. 3, 217.

Unus autem Isaeus in negativa subiectione habet μὰ Δία 4, 24. Solus denique Aeschines longiore formula, qua

---

rückt" wird eingeworfen. „Ja, aber gleichwohl müssen sie gerettet werden."

indicet subiectionem, utitur in or. 3, 228: καὶ νὴ τοὺς θεοὺς τοὺς Ὀλυμπίους, ὧν ἐγὼ πυνθάνομαι Δημοσθένη λέξειν . . .

Haec de vocabulo νή. Restat, ut pauca afferam, quae ad communem particularum μά et νή dicendi vim pertinere videntur.

Ac nonnunquam oratores brevibus formulis μὰ Δία, νὴ Δία insertis nihil aliud efficere volunt, nisi ut aliquo vocabulo completivo aut numeros reddant solutiores aut asperam vocalium concursionem evitent. Quod illustretur paucis exemplis, in quo genere sunt apud Dem. 9, 70 ἐγὼ νὴ Δί' ἐρῶ καὶ γράψω δέ — 35, 40 οὐ μέντοι μὰ Δία οἴομαί γε δεῖν — 37, 53 οὐ μέντοι γ' ἀποστερῶ μὰ Δία οὐδὲ συκοφαντῶ.

Nonnunquam autem praeter hanc completivam vim his formulis et brevioribus et longioribus illud quoque tribuitur, ut rem gravioris momenti quam maxime significent atque intendant. Quo loco, ut alia praetereantur, in memoriam revocaverim illam iterationis figuram οὐ μὰ Δί' οὔ, cuius auxilio ea, quae contraria sunt, summa vi opponuntur, veluti apud Dem. 22, 33 τότε γὰρ τοῦτο ποιήσομεν, οὐ μὰ Δί' οὐχὶ νῦν (v. supra).

Aptissima autem ad hanc rem esse videtur formula νὴ Δία, quae modo antecedit notabilem rem, modo subsequitur. Illud quidem animadvertitur hoc loco apud Dem. 21, 3 πολλὰς δὲ δεήσεις καὶ χάριτας καὶ νὴ Δί' ἀπειλὰς ὑπομείνας. Pariter Aeschines 1, 98: ὅτι δὲ ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, ἐνταῦθα μέντοι νὴ Δία σαφῶς πάνυ . . . μαρτυροῦντας ὑμῖν τοὺς μάρτυρας παρέξομαι. Hoc loco νὴ Δία ad vocabulum σαφῶς pertinet, non ad μαρτυροῦντας (per Iovem testantes), quod, nisi fallor, praetulit Reiske.

Hac in re nonnunquam καὶ νὴ Δία inducit aliquod membrum orationis breve et liberum, quod idem concluditur particula γέ, cuius rei exempla in promptu sunt apud Dem. 18, 251: καὶ νὴ Δί' εὐδαιμόν γε — 19, 215 καὶ νὴ Δί' εἰκότως γε — 19, 52 καὶ νὴ Δί' ἤδη γε. Sine particula γέ: 21, 198 καὶ νὴ Δί' αὐτοῖς πολλὴ συγγνώμη —

39, 14 καὶ νὴ Δί' ἴσως ἐστίν. Sine particula καί apud Aesch. 1, 28 νὴ Δία, καλῶς γε.

Cum sequitur haec formula, illud potissimum efficitur, ut orator in re notabili paululum retardetur, ut apud Dem. 21, 109 ἄνθρωπος εἶ ποιήσας δεινὰ νὴ Δία καὶ πολλὰ ἀδίκως. Pariter 6, 23; — apud Aeschin. 3, 172 καὶ γαμεῖ γυναῖκα πλουσίαν μὲν νὴ Δία . . .

Quod qua ratione in responsis hypophoricis fiat, iam supra demonstratum est. Verum etiam extra subiectionem reperiuntur eiusmodi exempla, ut apud Dem. 25, 40 τί οὖν οὗτός ἐστι; κύων νὴ Δία, φασί τινες, τοῦ δήμου. Praeterea 25, 73 — 24, 94 — 39, 7.

Data occasione hoc quoque moneam longiores formulas particulae νή nunquam in responsis usurpari.

Universa denique et communis eiusmodi iuramentorum oratoria vis eo potissimum spectat, ut orator modestia quadam et cautione, quae ipse censet, haec superioris numinis fidei atque auctoritati submittere cupiat. Quo fit, ut hae iurandi formulae persaepe ab oratoribus adiungantur ad vocabula οἴομαι, νομίζω, δοκεῖ (δοκεῖτέ μοι), ἡγοῦμαι, οἶδα, οὐκ ἔχω, similia.

De formula πρός . . .

Iurandi formulas praepositione πρός formatas ab oratoribus non collocari nisi in sententiis imperativis aut interrogativis recte opinatur Frohberger.[1]) Antiquiorem vero earum usum in imperativis id est in precibus fuisse atque inde nonnullis verbis omissis ad interrogationes transisse maxime probabile est (cf. supra). Neque enim dubitari potest, quin antiquissimae et integrae id genus formulae conexae fuerint cum aliquo precandi verbo, εὔχομαι, δέομαι, aliis, quae vocabula postea pronuntiari desita sunt.

His verbis oratores quoque nonnunquam usi sunt, quo plus gravitatis ponderisque precibus suis afferrent

---

[1]) Frohberger (Ausgewählte Reden des Lysias, 1857) ad or. XIII, 95.

ac vehementius concitarent eorum, qui aderant, misericordiam. Testis est Demosthenes 28, 20: ἱκετεύω, ἀντιβολῶ πρὸς παίδων, πρὸς γυναικῶν ... His simillimae sunt preces apud Lysiam in or. 4, 20 et 20, 36. Quos locos adaequat vi et granditate haec obtestatio apud Isae. 2, 47 βοηθήσατε καὶ ἡμῖν καὶ ἐκείνῳ τῷ ἐν Ἅιδου ὄντι καὶ μὴ περιίδητε, πρὸς θεῶν καὶ δαιμόνων δέομαι ὑμῶν, προπηλακισθέντα ... Hoc loco Scheibe[1]) verba δέομαι ὑμῶν iniuria, ut opinor, uncis includit. Similia enim vocabula nonnunquam addita videmus in sententiis minus grandibus, veluti apud Andocid. 1, 32 (ἐπισκήπτω) et apud Dem. 50, 2 (δέομαι ὑμῶν), ep. V p. 1490, 2 (δέομαι).[2]) Ob eamque causam haud scio an rectius tenuerint Cobet et Weidner verba ἱκετεύω ὑμᾶς in Aeschinea orat. 3, 156, quo de loco antea dictum est.

Quaerenti autem, quae sit in dicendo earum formularum propria vis, oratores his deorum obtestationibus id potissimum consequi mihi videntur, ut audientium animos auresque in graviore re exponenda attentiores sibi faciant. Quo fit, ut haec iuranda saepe considerandi verbis attribuantur. Cuius generis est apud Dem. σκέψασθε in or. 20, 43 (σκέψασθε δὴ πρὸς Διὸς καὶ θεῶν). Pariter 21, 58, 73 — 25, 72 — 39, 37. θεάσασθε: 23, 24, 60, 142. λογίζεσθε: 9, 43. μάθετε 41, 22. προσέχετε τὸν νοῦν 55, 9. διαμνημονεύετε 19, 19. ἀναμιμνήσκεσθε 19, 45.

Praeter Demosthenem Lysias utitur verbo σκοπεῖτε 19, 34.

Solus denique Demosthenes has formulas, uti retundat acerbiorum verborum aculeos, nonnunquam usurpat in praemunitione, quae dicitur, sive in prodiorthosi.[3])

[1]) Scheibe, Isaeus, Lipsiae 1860.

[2]) Ipse vero Demosthenes — est enim spuria et oratio adversus Polyclem et quinta epistola (Blass III. 1 p. 470 et 397 squ.) — exempto insigni illo loco 28, 20 nunquam talibus verbis utitur.

[3]) Aquila Romanus (de figuris): „Prodiorthosis, praecedens correctio" „Haec figura, ubi aliquid necessarium dictu et insuave audientibus aut odiosum nobis dicturi sumus, praemunit."

Quo in numero est 8, 32: αἴτιον δὲ τούτων (καί μοι πρὸς θεῶν, ὅταν ἕνεκα τοῦ βελτίστου λέγω, ἔστω παρρησία) . . . Praeterea 18, 199, 256 — 20, 74, 102 — 57, 50, 59. His omnibus locis incipere illam figuram a particula (καί μοι, καί μου) animadverti.

Pro ipsa praemunitione eas formulas collocatas esse videmus his locis: 1, 15 πρὸς θεῶν, τίς οὕτως εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν, ὅστις . . . — 18, 120 ἀλλὰ πρὸς θεῶν, οὕτω σκαιὸς εἶ καὶ ἀναίσθητος, Αἰσχίνη, ὥστε . . .

De formula ὦ . . .

His exclamationibus ad orationem amplificandam nihil fortius, nihil efficacius excogitare possis. Quoscunque enim res nova inaudita, inusitata acerba excitat animi motus, veluti iram metum, dolorem admirationem: haec omnia tali deorum invocatione effundere licet. Quo fit, ut eiusmodi formularum vis et usus maxime varius sit.

Ac primum pro veris iuramentis collocari possunt, ut apud Dem. 19, 15 πολλῶν ἀξίους, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, θανάτων λόγους. Pariter 18, 158 — 19, 311 — 20, 96. Apud Aeschinem: ep. 12, 3 δικαιοτάτην, ὦ θεοί, γραφήν. — Praeterea 3, 260.

Nec minus pro iustis precibus ponuntur, quod est apud Dem. 6, 37 ταῦτ' . . . μὴ γένοιτο, ὦ πάντες θεοί. Pariter 9, 76 — 18, 324 — 20, 167 — 32, 23. Similiter apud Din. 1, 36.

Admiratio acerrimae irrisioni adiuncta subest huic loco apud Dem. 19, 113 αὐτὸς ὢν . . . θαυμάσιος στρατιώτης, ὦ Ζεῦ.

Sola admiratio inest in hac exclamatione apud Aesch. 1, 49: ἵνα μὴ ἐξαίφνης αὐτὸν ἰδόντες θαυμάσητε καὶ τοιοῦτόν τι τῇ διανοίᾳ ὑπολάβητε, ὦ Ἡράκλεις,[1]) ἀλλ' οὗτός γε τούτου οὐ πολὺ διαφέρει.

---

[1]) Photius p. 63 Ἡράκλεις· ἐπίφθεγμα θαυμαστικόν.

Herculis [1]) autem invocatione nonnunquam vehemens animi indignatio una cum admiratione profunditur, ut apud Demosthenem 19, 308 εἶναί τε τὸν Φίλιππον αὐτόν, Ἡράκλεις, ἑλληνικώτατον ἄνθρωπον ... Praeterea 9, 31 — 21, 66.

Stomachi et doloris plenissima est formula ὦ γῆ καὶ θεοί, quam solus habet Demosthenes: 18, 294 ὃς γὰρ ἐμοῦ φιλιππισμόν, ὦ γῆ καὶ θεοί, κατηγορεῖ. Praeterea 19, 287 — 22, 78.

Hae dolentium voces saepius manifesto indicantur vocabulo δεινόν, ut apud Dem. 23, 61 εἶτ' δεινόν, ὦ γῆ καὶ θεοί, ... τὸν ἄγοντα ... τἀμὰ ... μὴ ἐξεῖναι ἀμύνεσθαι; Praeterea 18, 139 — 25, 56 — 39, 21 — 45, 73. Addo 21, 66: καὶ τὴν ἰδίαν δύναμιν κρείττω τῶν νόμων οὖσαν ἐνδεικνύμενον, Ἡράκλεις, βαρὺ καὶ οὐχὶ δίκαιόν ἐστι ...

. . . . .

Exposita igitur precandi et iurandi formularum vi et usu, qualis sit apud decem oratores, temptabo nunc, si possim explicare, qui factum sit, ut oratores alii nullas aut paucas, multas alii orationibus suis insererent.

Ac frequentiores eas formulas fuisse in posteriore eloquentia quam in illa antiqua, ex eis, quae supra congessimus, facile apparet. Quod cur ita evenerit, ipsa memoria vetustae illius eloquentiae docet. Quid enim? Vulgares illas formulas μὰ Δία, νὴ Δία cotidiano sermone maxime tritas quomodo quis transferret in forum aut iudicium ea aetate, qua oratores ne gestibus quidem, non modo vulgari genere dicendi cuiusquam animum offendere audebant? (Blass I p. 113). Et Antiphon quidem usque eo paruisse dicitur huic legi et necessitati, ut sermonis elationi consequendae quam maxime operam daret. Erat autem altera causa, cur hic orator ea iuramenta ad dictionem suam adsciscere minus necesse haberet. Breviores enim

[1]) Suidas p. 883: „Ἡράκλεις· σχετλιαστικὴ φωνή. οὗτος γὰρ ὁ Ἡρακλῆς εἰς ἐπικουρίαν ἐκαλεῖτο, ὡς ἀλεξίκακος τοῖς σχέτλια πάσχουσι.“ Cf. Scholiast. ad Dem. p. 119. 3 (or. 9, 31).

iurandi formulae, sicuti antea demontsratum est, abundanter quoque ponuntur, ut numerosior fluat oratio; pleniores autem haud raro nihil aliud nisi extendunt verborum circuitus ad idoneam suam iustamque longitudinem. Quod utrumque neglegebat Antiphon, cum et omnia completiva verba sperneret neque de ambituum aequabilitate valde laboraret (Blass I p. 119 squ.).

Venio nunc ad Lysiam, qui et ipse his formulis propemodum se abstinebat. Neque id mirum. Is enim orator, etiamsi hominum mores et verba in orationibus suis imitabatur, tamen ut servaret incorruptam Attici sermonis integritatem, magnopere contendebat [1]) et quaecunque tractabat, breviter, perspicue, sine ullo ornatu dicere volebat. [2]) Hoc autem naturale quoddam et simplex eloquentiae genus iurandorum precumve frequentiam nullo modo potuit ostentare. [3]) Itaque paucae [4]) iurandi formulae, quae in Lysiae orationibus reperiuntur, non ad sermonis ornatum spectant, sed in rerum natura positae et ad excitandas mites animi permotiones accommodatae sunt. [5]) Et haec quidem de Lysia.

Videamus nunc de Isocrate! Cuius oratio si ne semel quidem ad vulgares illas formulas νὴ Δία, μὰ Δία descendit, nihil est, cur miremur. Abhorrebat enim Isocrates quam maxime poterat ab omni genere loquendi, quod aliqua ex parte humile vel abiectum esse videbatur. [6]) Quare in

---

[1]) Blass I p. 380.

[2]) Gellius II, 5: „Favorinus de Lysiae et Platonis sermone dicere solebat: „Si ex Platonis oratione verbum aliquod demas mutesve atque id commodissime facias, de elegantia tantum detraxeris; si ex Lysiae, de sententia.“

[3]) Dionys. Lys. 13: Ὑψηλὴ καὶ μεγαλοπρεπὴς οὐκ ἔστιν ἡ Λυσίου λέξις οὐδὲ καταπληκτικὴ μὰ Δία καὶ θαυμαστὴ ... οὐδὲ θυμοῦ καὶ πνεύματός ἐστι μεστή.“

[4]) Ipsius Lysiae sunt nonnullae formulae cum praepositione πρός, qua de re videas infra in singulis eius orationibus.

[5]) Cf. Frohberg. ad or. XIII, 95.

[6]) Frohberger (Ausgewählte Reden des Lysias, 1857) prol. p. XIII: „Isokrates hat die einigermasen alltägliche Ausdrucks-

omni aetate dictioni suae perpoliendae operam studiumque navabat; quin etiam sibi ipse tribuit laudem orationis distinctae et valde limatae.[1]) Accedit, quod eius orationes, quae quidem sint demonstrativi generis, his brevibus formulis facile carere potuerunt. Vacant enim plerumque illae orationes adversariorum subiectionibus et interrogationum responsorumque vario genere et directa, quae dicitur, oratione, quibus artificiis breviora illa iuranda νὴ Δία, μὰ Δία usui esse cognovimus. Neque vero erat, cur Isocrates, ut qui tranquillo et sedato tenore magnas res gestas memoriae proderet, ea, quae narrantur, gravioribus iurandis affirmaret aut exclamationum vi vehementiores animi motus exagitaret. Iam vero reliquas eius orationes, quae in forensi genere dicendi versantur, his formulis aeque nudas esse, quid mireris? An Isocrates alios in leviter iurando saepe reprehendit ac iurisiurandi sanctitatem multis verbis commendavit:[2]) suas ipse orationes potuit exornare eius generis iuramentis? Immo vero, nunquam ne in cotidiana quidem hominum consuetudine talibus vocabulis eum usum esse maxime verisimile est. Omitto, quod omnes fere oratores Gorgiae, Tisiae, aequalium rhetorum doctrina et ratione eruditi magis verborum quam sententiarum figuris uti consueverant.

Liberiorem postea primus Isaeus orationem conformavit idemque argumentationem ad artem atque astutiam revocasse traditur.[3]) Posteriore enim tempore factum

---

weise μὲν — δὲ wohl gerade um dieses ihres Charakters willen fast konsequent verschmäht." — Blass III, p. 79: „In der Wahl der Worte ist Demosthenes nirgends so peinlich genau wie Isokrates (ὁ δεῖνα, ὦταν, νὴ Δία)."

[1]) Isocr. Phil. § 4: καὶ περὶ τούτων οὕτως ἐδόκουν διαξιέναι τοῖς ἀκούουσιν, ὥστε μηδένα τὸν λόγον αὐτῶν μηδὲ τὴν λέξιν ἐπαινεῖν ὡς ἀκριβῶς καὶ καθαρῶς ἔχουσαν, ὅπερ εἰώθασί τινες ποιεῖν ...

[2]) Conferas velim ad hoc Iocratēas sententias in or. 1, 13. 22, 23 — 2, 22 — 4, 81 — 8, 96 — 14, 12 etc.

[3]) Dionys. de Isaeo § 18: Δοκεῖ Λυσίας μὲν τὴν ἀλήθειαν διώκειν μᾶλλον, Ἰσαῖος δὲ τὴν τέχνην.

est, ut concitati animi impetus in ipsam orationis compositionem defluere inciperet. Isaeus igitur collocatus inter duo eloquentiae genera in hoc ipso iurandi formularum usu medium quendam locum tenebat ac multas quidem recepit, si referantur ad priores oratores, paucas ad illos, qui postea eum secuti sunt.

Hoc in numero est Aechines et Demosthenes. Atque hi oratores vere populares quidni, cum apud iudices et in contionibus non magis de patriae commodis quam de ipsorum existimatione atque adeo salute agebatur, quidquid suppetebat dicendi artificiorum, sibi pararent paratisque in tempore uterentur? Ac Demosthenes quidem, qui varia eloquentiae genera tractabat, ipso iuramentorum auxilio magna ex parte consecutus est eam orationis pulchritudinem, quae usque ad hoc tempus omnibus admirationi sit. Nam brevioribus formulis popularem sermonem, ne dicam vulgarem bene imitabatur eiusque cursum vividum intendebat; precibus autem et iuramentis et exclamationibus orationem ad tantam dignitatem, tantam magnificentiam perduxit, nihil ut pulchrius aut elatius cogitari possit. Quid? Cui non mirifice hercle placeat sollemne illud iuramentum figurarum luminibus exornatum et a veteribus criticis pariter ac recentioribus summis laudibus celebratum:[1] Ἀλλ' οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, ὅπως ἡμάρτετε, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι, μὰ τοὺς Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους καὶ τοὺς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσαντας ...?

[1]) Inter veteres scriptores imprimis Longinus (περὶ ὕψους c. 16) huius artificii vim et felicitatem optime descripsit, quam laudem hic proferre longum est. Ex recentioribus Blass (III, 1 p. 154): „Höchste Begeisterung und vollständige klare Besonnenheit, beides ist hier sowie nirgends sonst vereinigt und desswegen wird auch von neueren Kritikern (Lord Brougham works VII p. 26) dieser Eid unter den Triumphen der Beredsamkeit oben angestellt.“

Restat, quod mihi ego extremum proposueram, ut quae sit in singulis orationibus harum formularum ratio, paucis percurram.

Antiphon.

Or. 6 (de choreuta): ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοί § 40.

Andocides.

Or. 1 (de mysteriis): πρὸς τοῖν θεοῖν ἐπισκήπτω 32.
Or. 3 (de pace cum Laced.): νὴ Δία 15.

Lysias.

Or. 4 (de vulnere): πρὸς οὖν παίδων καὶ γυναικῶν καὶ θεῶν τῶν τόδε τὸ χωρίον ἐχόντων, ἱκετεύω ὑμᾶς. 20.
Or. 6 (c. Andocidem): ter μὰ τὸν Δία 7, 32, 38.
Hanc orationem spuriam esse consentiunt et veteres et huius aetatis critici (Blass I p. 566).
Or. 8 (de obtrectatione): μὰ τοὺς θεούς 18.
Haec quoque oratio Lysiae abrogatur (Blass I p. 658).
Or. 13 (c. Agoratum): πρὸς θεῶν Ὀλυμπίων 95.
Or. 19 (de bonis Aristophanis): bis πρὸς θεῶν Ὀλυμπίων 34, 54.
Or. 20 (pro Polystrato): δεόμεθα οὖν ὑμῶν πρὸς τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν ἑκάστῳ ... 36.
Hanc orationem non a Lysia scriptam esse Blass (I p. 507) aliique demonstrant.

Isaeus.

Or. 2 (de Meneclis hereditate): πρὸς θεῶν καὶ δαιμόνων δέομαι ὑμῶν 47.
Or. 3 (de Pyrrhi hereditate): quinque loci.
ter ναὶ μὰ Δία 25, 39, 49 — bis νὴ Δία 24, 73.
Or. 4 (de Nicostrati hereditate): duo loci.
semel μὰ Δί' 24 — semel νὴ Δία 20.
Or. 6 (de Philoctemonis hereditate): duo loci.
semel νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω 61.
semel πρὸς θεῶν Ὀλυμπίων 58.
Or. 7 (de Apollodori h.): νὴ Δία 33.

Or. 8 (de Cironis h.): μὰ τοὺς θεοὺς τοὺς Ὀλυμπίους 29.
Or. 11 (de Hagniae h.): tres loci (μά).
bis μὰ Δία 35 — μὰ τοὺς θεούς 36.

Lycurgus.

Or. c. Leocratem: tres loci.
νὴ Δία 140 — νὴ τὴν Ἀθηνᾶν 75 — εὔχομαι τῇ Ἀθηνᾷ ... 1.

Hyperides.

Or. pro Euxenippo: quattuor loci (cf. p. 5).
semel μὰ Δία XX; 15 — ter νὴ Δία XXVI, XXVII 14, XXXVII 24.

Dinarchus.

Or. 1 (c. Demosth.): septem loci (μά, πρός, ὦ, μαρτύρομαι).
bis μὰ Δία 40, 77.
bis πρός: πρὸς Διός 43. πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς 45.
bis ὦ: ὦ Ἡράκλεις 7. ὦ δέσποιν' Ἀθηνᾶ καὶ Ζεῦ σῶτερ 36. — μαρτύρομαι τὰς σεμνὰς θεὰς ... 64.
Or. 2 (c. Aristogitonem): duo loci (μά, νή).
μὰ τὸν Ἡρακλέα 3 — μὰ Δία 8.
Or. 3 (c. Philoclem): duo loci (νή, πρός).
νὴ τὸν Δία τὸν σωτῆρα 15 — πρὸς τῶν θεῶν 1.

Aeschines.

Or. 1 (c. Timarchum): septendecim loci (μά, νή, πρός, ὦ, εὔχομαι).
sexies μά: μὰ Δία 61, 69 — μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον 55, 76 — μὰ τὸν Ἡρακλέα 88 — μὰ τὸν Διόνυσον 52.
quinquies νή: νὴ Δία 28, 98 — νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω 88, 108 — νὴ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὸν Ἀπόλλω 81.
quater πρός: πρὸς τοῦ Διός 79 — πρὸς θεῶν 75 — πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν θεῶν 87 — πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν 70.
semel ὦ Ἡράκλεις 49.
εὔχομαι τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις 116.

Or. 2 (de male gesta legatione): tres loci (νή, πρός, παρακαλῶ).
νὴ τοὺς θεούς 130 — πρὸς τῶν θεῶν 102 — παρακαλῶ τε καὶ ἱκετεύω σῶσαί με πρῶτον μὲν τοὺς θεούς 180.

Or. 3 (c. Ctesiphontem): undecim loci (μά, νή, πρός, ὦ).
ter μά: μὰ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον 255 — μὰ τοὺς θεοὺς τοὺς Ὀλυμπίους 182 — μὰ τὸν Ἡρακλέα 212.
ter νή: νὴ Δία 172, 217 — νὴ τοὺς θεοὺς τοὺς Ὀλυμπίους 228.
bis πρός: πρὸς θεῶν 61 — πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν 156.
ter ὦ: ὦ Ἡράκλεις 21 — ὦ γῆ καὶ θεοὶ καὶ ἄνθρωποι 137. — ὦ γῆ καὶ ἥλιε καὶ ἀρετὴ καὶ σύνεσις καὶ παιδεία 260.

Epistolae: 2, 5 πρὸς Διός — 5, 1 μὰ τοὺς θεούς — 9, 2 μὰ τοὺς θεούς — 11, 6 μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς ἄλλους θεούς — 12 (duo loci): μὰ Δί' 1 et μὰ τὸν Δία 9.

Orationum formulas contemplanti res mira se offert. Leguntur enim in prima oratione sedecim ipsae iurandi formulae, in tertia oratione undecim; accedit, ut harum orationum obsecrationes in amplitudine quadam et sollemnitate versentur. Secunda autem oratio non amplius duas formulas habet easque breves et exsangues. Hoc impari numero et ratione in praesens omissa illud monuerim, diu acriterque adhuc disputatum esse, utrum illae orationes, quae a Demosthene et Aeschine de male gesta legatione profectae esse traduntur, apud iudices habitae an tantummodo scriptae essent. (Blass III, 1 p. 308 squ.) Haec res, quamquam omnes fere critici, qui nunc sunt, revera habitas eas esse opinantur, tamen etiamnunc sub iudice esse mihi videtur.

Demosthenes.

Huiusce oratoris omnes deinceps orationes producere non inutile sit.

Or. 1 (pr. Olynth.): tres loci (μά, πρός).
bis μὰ Δί' 19, 23 — πρὸς θεῶν 15.
Or. 2 (secunda Olynth.): nihil.
Or. 3 (tertia Olynth.): duo loci (μά, πρός).
μὰ τὴν Δήμητρα 32 — πρὸς θεῶν 17.
Or. 4 (prima Philippica): quinque loci (μά, νή).
ter μὰ Δί' 11, 25, 49.
bis νή: νὴ Δί' 10 — νὴ τοὺς θεούς 49.
Or. 5 (de pace): nihil. Oratio a veteribus in dubitationem vocabatur. (Blass III, 1 p. 299 squ.).
Or. 6 (secunda Philippica): quinque loci (νή, ὦ).
quater νή: νὴ Δία 13, 14, 23 — νὴ τοὺς θεούς 31.
semel ὦ πάντες θεοί 37.
Or. 7 (de Halonneso): nihil. Hegesippi hanc orationem esse inter omnes constat.
Or. 8 (de Chersoneso): undecim loci (μά, νή, πρός).
ter μὰ Δία 17, 19, 28.
sexies νή: νὴ Δία 7, 9, 16, 17, 51 — νὴ τὸν Δία καὶ πάντας τοὺς θεούς 49.
bis πρός: πρὸς Διός 34 — πρὸς θεῶν 32.
Or. 9 (tertia Philippica): novem loci (μά, νή, πρός, ὦ).
semel μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς ἄλλους θεούς 54.
ter νή: νὴ Δί' 70 — νὴ τὸν Δία 68 — νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω 65.
bis πρός: ὦ πρὸς τοῦ Διός 15 — πρὸς θεῶν 43.
bis ὦ: Ἡράκλεις 31 — ὦ πάντες θεοί 76.
Or. 10 (quarta Philipp.): septem loci (μά, νή, exsecratio).
ter μά: μὰ Δί' 17 — μὰ τοὺς θεούς 20 — μὰ τὸν Δία καὶ πάντας τοὺς θεούς 7.
ter νή: νὴ Δία 27, 73 — νὴ τὸν Δία καὶ πάντας θεούς 25.
exsecr.: . . . θεοῖς, οἵπερ αὐτὸν ἐξολέσειαν 11.

De hac oratione viri docti inter se dissentiunt. Propter quasdam enim partes ex oratione de Chersoneso et aliunde repetitas ab unis tota, ab alteris certe ex parte pro spuria habetur. (Blass III, 1 p. 337 squ.) Iurandi formulae, quae in aliis spuriis orationibus nunquam non paululum a Demosthenis

sermone deflectunt, in hac oratione nihil ostendunt, quod non Demosthenis esse possit.

Or. 11 (ad Philippi epist.): νὴ Δία 18. Spuria oratio (Blass III, 1 p. 347).

Or. 12 (epist. Philippi): nihil.

Or. 13 (de republica ordinanda): tres loci (μά, νή).
semel μὰ Δί' 21 et bis νὴ Δία 16, 28.

In § 16 unus cod. Σ νὴ Δία γε tradit. Hanc formulam, quae nullo alio loco apud Demosthenem exstat, Dindorf ad H. Steph. II p. 538 a poetis comicis et posterioribus scriptoribus usurpatam esse demonstrat. Quod quoniam haec oratio spuria est (Blass III, 1 p. 354), omnes recentiores critici suo iure contra Bekkerum hanc formulam νὴ Δία γε optimo libro traditam receperunt.

Or. 14 (de classibus): tres loci (μά, νή, πρός).
μὰ Δία 38 — νὴ Δία 12 — ὦ πρὸς τοῦ Διός 12.

Or. 15 (pro Rhodiorum libertate): duo loci (μά, πρός).
μὰ Δί' 13 et πρὸς θεῶν 26.

Or. 16 (pro Megalopolitis): tres loci (μά, νή).
bis μὰ τοὺς θεούς 13, 32 et semel νὴ Δία 6.

Or. 17 (de foedere Alexandr.): nihil. — Hanc orationem spuriam esse constat.

Or. 18 (de corona): viginti quattuor loci (μά, νή, πρός, ὦ, exsecrationes, preces).

quinquies μά: μὰ Δί' 261, 307 — μὰ τοὺς θεούς 13, 111 — μὰ τοὺς Μαραθῶνι ... 208.

quinquies νή: νὴ Δία 101, 117, 251 — νὴ τὸν Δία καὶ θεούς 129 — νὴ τὸν Ἡρακλέα καὶ πάντας θεούς 294.

quinquies πρός: πρὸς Διός 201 — πρὸς θεῶν 119, 120 — πρὸς Διὸς καὶ θεῶν 199, 256.

quinquies ὦ: ὦ πάντες θεοί 324 — ὦ Ζεῦ καὶ θεοί 285 — ὦ γῆ καὶ θεοί 139, 158, 294.

exsecr.: θεοὶ ... ἀπολέσειαν 267 — ἅ σοὶ θεοὶ τρέψειαν εἰς κεφαλήν 290.

preces: τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις 1 — καλῶ ... τοὺς θεοὺς ... καὶ τὸν Ἀπόλλω ... 141.

Or. 19 (de falsa legatione): viginti quinque loci (μά, νή, πρός, ὦ, exsecratio).
quater μά: μὰ Δί' 141, 212, 285 — μὰ τοὺς θεοὺς καὶ τὰς θεάς 67.
undecies νή: νὴ Δία 46, 52, 158, 188, 215, 222, 235, 272, 285 — νὴ τοὺς θεούς 24 — νὴ τὴν Δήμητρα 262.
quater πρός: πρὸς θεῶν 147 — πρὸς Διὸς καὶ θεῶν 19, 45, 78.
quinquies ὦ: ὦ Ζεῦ 113 — ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοί 15 — ὦ γῆ καὶ θεοί 287, 311 — Ἡράκλεις 308.
exsecr.: ἐξώλης ἀπολοίμην καὶ προώλης 172.

Or. 20 (adversus Leptinem): undeviginti loci (μά, νή, πρός, ὦ, εὔχομαι).
semel μὰ τοὺς θεούς 21.
octies νή: νὴ Δία 3, 20, 38, 56, 58, 75, 161 — νὴ τοὺς θεούς 151.
septies πρός: πρὸς Διός 23, 66, 74, 102, 157 — πρὸς θεῶν 38 — πρὸς Διὸς καὶ θεῶν 43.
bis ὦ: ὦ Ζεῦ καὶ θεοί 167 — ὦ γῆ καὶ θεοί 96.
εὔχομαι τοῖς θεοῖς 25, 49.

Or. 21 (in Midiam): viginti quattuor loci (μά, νή, πρός, ὦ).
quinquies μά: μὰ Δί' 25 — μὰ τοὺς θεούς 58, 139, 205, 207.
undecies νή: νὴ Δία 3, 41, 89, 98, 99, 109, 149, 160, 198, 222 — νὴ τοὺς θεούς 2 — νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἀθηνᾶν 198.
septies πρός: πρὸς θεῶν 48, 58 — πρὸς τῶν θεῶν 172 — ὦ πρὸς θεῶν 166 — ὦ πρὸς τῶν θεῶν 98 — πρὸς Διὸς καὶ θεῶν 73, 108.
semel: Ἡράκλεις 66.

Or. 22 (adversus Androtionem): tres loci (μά, νή, ὦ).
μὰ Δί' 33 — νὴ Δία 69 — ὦ γῆ καὶ θεοί 78.

Or. 23 (c. Aristocratem): sedecim loci (μά, νή, πρός, ὦ, ὀμνύω).

bis μά: μὰ Δί' 48 — μὰ τὸν Δία καὶ θεοὺς πάντας 188.
sexies νή Δία 61, 64, 107, 124, 166, 194.
quinquies πρός: πρὸς Διός 24, 60, 120, 142 — πρὸς θεῶν 106.
bis ὦ: ὦ Ζεῦ καὶ θεοί 186 — ὦ γῆ καὶ θεοί 61.
ὀμνύω τοὺς θεοὺς ἅπαντας 5.

Or. 24 (c. Timocratem): quattuordecim loci (μά, νή, πρός, ὦ).
quater μά: μὴ Δία 23, 157 — μὰ τὸν Δί' 125 — μὰ τὴν Ἀθηνᾶν 199.
octies νή: νὴ Δία 37, 94, 99, 125, 126, 176, 202 — νὴ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον 121.
semel πρὸς Διός 157 et semel ὦ γῆ καὶ θεοί 186.

De formulis μὰ τὸν Δί' et νὴ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον in parte suspecta (110—187) cf. supra.

Or. 25 (c. Aristogitonem): viginti loci (μά, νή, πρός, ὦ, exsecratio, preces).
quater μά: μὰ Δία 41 — μὰ τοὺς θεούς 48, 85 — μὰ τὸν Δία καὶ πάντας θεούς 13.
decies νή: νὴ Δία 40, 42, 67, 73, 77, 78, 79 — νὴ τὸν Δία καὶ θεούς 65 — νὴ τὸν Ἡρακλέα 51.
ter πρός: πρὸς Διός 14 — πρὸς θεῶν 25, 72.
bis ὦ: ὦ Ζεῦ καὶ θεοί 31 — ὦ γῆ καὶ θεοί 56.
exsecratio: ὁ τρισκατάρατος ... ὅτῳ μήτε γῆ φέροι καρπὸν ... 82.
preces: καὶ Ἀδράστειαν μὲν ἄνθρωπος ὢν ἔγωγε προσκυνῶ ... 37 — ἐγὼ δὲ τοὺς προγόνους καὶ τὰς ἀρετὰς τὰς ἐκείνων ἀνακαλῶ ... 97.

Haec oratio iurandi formulis usque eo affluit, ut pro suo ambitu omnes vere Demosthenicas longe superet. Quamquam in hac tanta formularum multitudine nihil reperias, quod non congruat cum Demosthenis sermone. Unde apparet auctorem huius orationis, quae ab omnibus viris doctis Demostheni abrogatur (Blass III, 1 p. 361), quamvis et aliis rebus (Blass III, 1 p. 363) et iuramentorum usu illum oratorem scienter imitaretur, tamen in

tumidiorem dictionem incidisse. Nimirum sophistarum discipuli, quo similiorem Demostheni redderent orationem, declamationes suas talibus illius oratoris luminibus praeter modum exornare solebant. [1])

Or. 26 (secunda c. Aristog.): νὴ τὴν Ἀθηνᾶν 19.

Hoc iuramentum illi tam tenui sententiae non ita valde respondere videtur. Recte, ut opinor, Blass hanc orationem, quae non tantum formularum numero et usu, sed etiam multis aliis rebus (Blass III, 1 p. 364) priori dissimillima est, ab eodem auctore compositam esse negat.

Or. 27 (c. Aphobum I): nihil.

Or. 28 (c. eundem II): ἱκετεύω, ἀντιβολῶ πρὸς παίδων, πρὸς γυναικῶν, πρὸς τῶν ὄντων ἀγαθῶν ὑμῖν . . . 20.

Haec tam pulchra iudicum obsecratio magis natura quam arte oratoria nititur.

Or. 29 (c. Aphobum III): quattuor loci (μά, πρός, pre.es).
bis μά: μὰ Δί' 59 et μὰ τοὺς θεούς 57.
ὦ πρὸς Διός 32 — σὺν θεοῖς εἰπεῖν 1.

Or. 30 (c. Onetorem I): nihil.

Or. 31 (c. eundem II): νὴ Δία 10.

Ex his quinque orationibus, quae in lite tutoria primae a Demosthene adulto scriptae et habitae esse dicuntur, tertiam ipsius Demosthenis esse sunt qui negent. Neque vero in iurandi formularum usu inter se congruere videntur. Cum enim duae primae orationes iuramentis plane careant et ex duabus postremis quinta unam formulam νὴ Δία a Demosthene in subiectione millies usurpatam habeat: in tertia oratione, quae est tempore media, inveniuntur tres formulae, in quibus ὦ πρὸς Διός perrara est apud Demosthenem. Accedit, ut locutio σὺν θεοῖς εἰπεῖν, quam Westermannus (quaestion. partic. III p. 11) frigidam esse dicit, apud Demosthenem nullo alio loco reperiatur. Itaque et

---

[1]) Schroeder (Programm) p. 12.

haec ipsa iuramenta earum rerum esse videntur, quas Westermannus a Demosthenis genere dicendi alienas esse arbitratur. Sed etiamsi praetereas has formulas, suspicio ac dubitatio ex eo potissimum confirmatur, quod haec oratio minorem sententiarum perspicuitatem habet quam ceterae de eadem hac re conscriptae. Quibus de causis ego a Westermanno et A. Schaefero (III p. 84) sto, qui contra Blassium hanc tertiam orationem ab ipso Demosthene compositam esse negant.

Or. 32 (c. Zenothemidem): quattuor loci (νή, ὦ, ὄμνυμι).
bis νή: νὴ Δία 29 et νὴ τὸν Δία καὶ θεούς 10.
semel ὦ Ζεῦ καὶ θεοί 23. — πάντας ὑμῖν ὄμνυμι τοὺς θεούς 31.

Haec oratio compluribus criticis suspecta est (Blass III, 1 p. 433 squ.).

Or. 33 (c. Apaturium): bis νὴ Δία 25, 37.

Haec quoque oratio in suspicione est (Blass III, 1 p. 515).

Or. 34 (c. Phormionem): ὦ γῆ καὶ θεοί 29 (p. 25 omissum).

Haec formula minus apta esse videtur ad hunc locum. Atque illud quidem suspectum est, quod ex toto iuramentorum genere in longiore oratione exstat una eaque minus usitata formula. Ac profecto spuriam esse hanc orationem omnes fere critici existimant (Blass III, 1 p. 519).

Or. 35 (c. Lacritum): quattuor loci (μά, νή, πρός).
bis μά: μὰ Δία 40 et μὰ τὸν Δία τὸν ἄνακτα καὶ τοὺς θεοὺς ἅπαντας 40 — νὴ Δία 48 — πρὸς τῶν θεῶν 44.

De secunda et quarta formula v. supra et de ipsa oratione spuria cf. Blass III, 1 p. 504.

Or. 36 (pro Phormione): quinque loci (μά, νή, ὦ).
μὰ τὸν Δία καὶ θεούς 53 — ὦ Ζεῦ καὶ θεοί 51.
ter νή: νὴ Δία 39, 55 et νὴ τὸν Δία καὶ θεοὺς ἅπαντας 61.

Or. 37 (c. Pantaenetum): quattuor loci (μά, νή).

bis μά: μὰ Δία 53 et μὰ τοὺς θεούς 16.
bis νὴ Δία 27, 50, quo loco Bekker νὴ τὸν Δία.

Or. 38 (c. Nausimachum): νὴ Δία 11.

Or. 39 (c. Boeotum I): decim loci (μά, νή, πρός, ὦ).
μὰ τοὺς θεούς 1 — quinquies νὴ Δία 7, 9, 14, 14, 32.
ter πρός: πρὸς Διός 10, 34 et πρὸς θεῶν 37 — ὦ γῆ καὶ θεοί 21.

In hac brevissima oratione, quam nonnulli veteres critici Dinarchi, ex recentioribus plures ipsius Demosthenis esse putant, nimia atque insolens iurandi formularum frequentia admodum offendit. Nam Demosthenes, quamvis earum usu ceteris oratoribus excellat, tamen certum adhibet modum, quod non minus ex publicis orationibus quam privatis, quas illius esse constat, velut pro Phormione, contra Cononem, adversus Pantaenetum facile cognoscas. Ut si quis longam orationem Midianam, quae ipsa per se quasi scatet iurandis, aeque voluerit ornare his formulis, sexaginta fere ei collocandae sunt. Nunc autem haec oratio non amplius quattuor et viginti formulas habet. Demosthenis vero imitatores in talibus rebus iustum modum temere transgressos esse spuria illa oratio contra Aristogitonem (25) satis superque declarat. Universum denique huius orationis argumentum magis profecto ad exercendam dicendi artem quam ad veram causam mihi spectare videtur, quae opinio eo magis sustentatur, quod alteram in Boeotum orationem non Demosthenis esse nemo non intellexit. Quibus de causis ego eas orationes ex eadem schola, verum a diversis discipulis profectas esse ratus assentior Siggio, qui hanc quoque orationem falsam esse opinatur.

Or. 40 (c. Boeotum II): sex loci (μά, νή, πρός, ὦ).
semel μὰ τὸν Δία 57 — bis νὴ Δί' 26, 32.
bis πρὸς Διὸς καὶ θεῶν 53, 61 — semel ὦ γῆ καὶ θεοί 5.

De formula μὰ τὸν Δία non Demosthenica cf. supra.

Or. 41 (c. Spudiam): tres loci (μά, νή, πρός).
μὰ Δία 20 — νὴ Δί' 12 — πρὸς θεῶν 22.

Or. 42 (c. Phaenippum): tres loci (νή, πρός).
bis νή: νὴ Δί' 7 et νὴ τοὺς θεοὺς καὶ τὰς θεάς 6.
semel πρὸς τῶν θεῶν καὶ δαιμόνων 17.

Formula πρὸς τῶν θεῶν καὶ δαιμόνων nullo alio loco apud Demosthenem reperitur (cf. supra). Iam vero formulam νὴ τοὺς θεοὺς καὶ τὰς θεάς, quamquam simile iuramentum (19, 67) exstat, tamen in oratione privata ab ipso Demosthene scriptam esse minus verisimile est. Hanc autem orationem germanam esse omnes ad unum negant (Blass III, 1 p. 449).

Or. 43 (c. Macartatum): duo loci (μά, ὦ).
μὰ Δί' 52 et ὦ Ζεῦ καὶ θεοί 68.

In oratione tam longa plures formulae desiderantur. Abrogatur autem haec oratio Demostheni ab A. Schaefero et Blassio (III, 1 p. 489 squ.)

Or. 44 (c. Leocharem): quater νὴ Δία 33, 50, 55, 55.

Haec quoque oratio pro spuria habetur (Blass III, 1 p. 511).

Or. 45 (c. Stephanum): tres loci (νή, πρός, ὦ).
νὴ Δία 11 — πρὸς θεῶν 81 — ὦ γῆ καὶ θεοί 73.

Hanc orationem germanam esse dicunt Blass et Benseler, spuriam Schaefer aliique (Blass III, 1 p. 412). Iurandi formulae nihil habent, quod offendat.

Or. 46 (c. Stephanum II): nihil. — Oratio spuria (Blass III, 1 p. 475).

Or. 47 (c. Euergum et Mnesibulum): nihil.

De spuria hac oratione cf. Blass III, 1 p. 484.

Or. 48 (c. Olympiodorum): μὰ τὸν Δία τὸν μέγιστον 2.

De hac inusitata formula cf. supra; accedit, quod in longiore oratione non amplius una formula est. De spuria hac oratione v. Blass III, 1 p. 499.

Or. 49 (c. Timotheum): νὴ Δία 64.

Ex eo quod in hac longiore oratione non plus una formula exstat, confirmatur suspicio spuriam eam esse (Blass III, 1 p. 466).

Or. 50 (c. Polyclem): duo loci (μά, πρός).

μὰ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω 13 — πρὸς θεῶν (δέομαι) 2.

Gravius iuramentum μὰ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω non ita valde convenit illi sententiae satis vili; mitto, quod ipse Demosthenes nunquam in suis orationibus verbum δέομαι aut simile quid ad haec iuramenta addit. De hac spuria oratione v. Blass III, 1 p. 470 squ.

Or. 51 (de corona trierarchiae): nihil.

Blass (III, 1 p. 217) hanc orationem Demosthenis esse censet dissentiente Benselero, A. Schaefero, Siggio.

Or. 52 (c. Callippum): tres loci (μά, νή).

bis μά: μὰ Δί' 14 et μὰ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Δήμητρα 9.

semel νὴ Δία 26.

Gravissimum per tres deos iuramentum hoc loco atque in privata oratione offendere Blass et Sigg N J. 1872, p. 421) intellexerunt. Nam Demosthenes ipse tres deos uno loco animo vehementer commoto obtestatus est (21, 198). De spuria in Callippum oratione cf. Blass III, 1 p. 458.

Or. 53 (c. Nicostratum): nihil.

Oratio spuria (Blass III, 1 p. 459).

Or. 54 (c. Cononem): sex loci (μά, νή, εὔχομαι).

ter μὰ τοὺς θεούς 6, 26, 36 — νὴ Δία 34 — εὔχομαι τοῖς θεοῖς 16.

Or. 55 (contra Calliclem): octo loci (μά, νή, πρός, ὦ).

semel μὰ Δί' 26 — bis νὴ Δί' 6, 17 — ὦ γῆ καὶ θεοί 28.

quater πρός: πρὸς Διός 18 — πρὸς θεῶν 18 — πρὸς Διὸς καὶ θεῶν 9, 35.

Hic iurandi formularum numerus maior est quam pro orationis exiguitate. Oratio ipsa nonnullis criticis suspecta est, de qua re v. Blass III, 1 p. 224.

Or. 56 (c. Dionysodorum): μὰ Δί' 38.

In hac tam longa oratione exspectes plures iurandi formulas; non Demosthenis eam esse verisimile est (Blass III, 1 p. 524).

Or. 57 (c. Eubulidem): tres loci (μά, πρός).

μὰ τὸν Δία 42 et bis πρὸς Διὸς καὶ θεῶν 50, 59.

Formula μὰ τὸν Δία non Demosthenica esse videtur, de qua re supra dictum est. Accedit, quod in longiore oratione reliquae duae formulae non aliter nisi in praemunitione sive prodiorthosi collocatae sunt. De hac dubia oratione conferas, quae supra exposita sunt.

Or. 58 (c. Theocrinem): duo loci (μά, νή).

μὰ τὸν Δία 36 et νὴ Δί' 64.

Ex hisce duabus formulis, quae pro orationis longitudine perpaucae sunt, μὰ τὸν Δία in vere Demosthenicis orationibus non reperitur (cf. supra). — De spuria hac oratione v. Blass III, 1 p. 440.

Or. 59 (c. Neaeram): nihil. Spuria oratio (Blass III, 1 p. 482).

Or. 60 (declamatio funebris): nihil.

Or. 61 (declamatio amatoria): nihil.

De his spuriis declamationibus cf. Blass III, 1 p. 356 et p. 358.

Exordia: 25, 3 et 31, 2 εὔχομαι δὲ τοῖς θεοῖς — 35 (duo loci) μὰ Δί' et νὴ Δί' — 45 μὰ τοὺς θεούς — 46 μὰ τὴν Ἀθηνᾶν — 48 μὰ τοὺς θεούς.

Haec exordia, quae Blass (III, 1 p. 281) contra plures huius aetatis criticos Demosthenis esse censet, in iurandi formulis nihil habent, quod sit in offensione.

Epistolae:

1, 1 εὔχομαι δὴ τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις ..., quae obsecratio nescio an inepta imitatio sit pulchri illius exordii in oratione de corona.

2 p. 1471, 9: οὔτε γὰρ ἠδίκηχ' ὑμᾶς οὐδέν, ὡς ἴστωσαν οἱ θεοὶ καὶ ἥρωες, μαρτυρεῖ δέ μοι πᾶς ὁ πρόσθε παρεληλυθὼς χρόνος ...

Hoc iuramentum a Demosthene scriptum esse non probabile est. Accedit, quod locutio ὡς ἴστωσαν οἱ θεοὶ ... omnino perraro ab Atticis usurpatur.[1])

4 p. 1488, 11 νὴ Δία.

5 (duo loci): μὰ τοὺς θεούς (1490, 16) et δέομαι δή σου πρὸς Διὸς ξενίου καὶ πάντων τῶν θεῶν (p. 1490, 2), quae formula non Demosthenica esse videtur, de qua re v. supra.

6, 1: exsecratio: οἵων εἰς κεφαλὴν αὐτῶν τρέψειαν οἱ θεοί.

Secunda igitur et quinta epistola iuramenta habent, quae certo alienae sunt Demosthenis sermoni.

Omnes autem has epistolas Demostheni Westermannus et A. Schaefer abrogant; Blass contra opinatur tres primas ab ipso Demosthene scriptas, spuriam quartam et quintam, dubiam sextam esse (Blass III, 1 p. 383 et 398).

Videmus igitur eas orationes ceteraque, quae a viris doctis in dubitationem vocantur, ne in his quidem formulis cum vero et probato Demosthenis genere dicendi congruere, cum aut non usitatas formulas habeant aut exspectatione plures aut omnino nullas.

---

[1]) Schroeder (p. 7): „Attici vero in cotidiana quidem vita hoc iuramento (ἴστω ..., ἴστωσαν ...) fere abstinebant, sed plurimum utebantur Thebani.“ Exempla ab illo viro allata apud poëtas eaque perraro reperiuntur. Praeterea Lasaulx (p. 180) unum eiusmodi exemplum profert ex Iuliani epistola 38, p. 415.

Corrigenda:

p. 29 sub f.: Aesch. 1, 88 pro 1, 188 et 3, 212 pro 3, 112.
p. 30 sub f.: Aesch. 3, 137 pro 3, 117.
p. 32 in formula μὰ Δία: Isae. 4, 24 pro 4, 20.
ibidem in formula μὰ τὸν Δία: Dem. 57, 42 pro 57, 52.
ibidem in formula νὴ Δία: Isae. 3, 24, 73 pro 4, 24, 73.

---

p. 5: Hyperides habet quattuor formulas (cf. p. 65).
p. 31 sub f.: Hyperides in sollemnibus iurandis praetereundus est.